I
138036
Incunabel

32.
v. Q. 73.

Annus clim[illegible]
[illegible] sunt

(36368.)

Suppl. 118

~~4° 322~~

4° 236

~~C.W. f. 9~~

Conventus Znoym: Fratrum Min: strict: Obser:

Specula omnis ſtatus humane vite Venerabilis pa
tris Dyoniſij prioris domus Carthuſie in ruremund.
quoꝝ titulos vide in primo folio.

I
138036
Incunabel

1b

## Que hoc libellulo contineantur.

¶ Primus tractatus habet ſpeculum prelatoꝝ. quo ſe intueri debꝫ omnis poteſtas. ac illi qui alijs p̄eſſe ſtudēt. imperatores videlicet reges. duces. principes. epiſcopi ac omniū ordinū cuiuſcūqꝫ religionis p̄lati. vt vera et legittima via alijs gubernando p̄ſint. bonuꝫ exemplū ꝛ verum ſpeculū ferant.

¶ Secundus tractatus ſubditoꝝ eſt. monens ſubditos ꝛ oēs homines alijs deditos vera obedientia et voluntatis ꝑprie abrenunciatione maioribus natu obtemperare. ꝛ ſingulas cōditiones ſubiecti hominis. quas manutenere debet ꝛ ante oculos ponere enumerat.

¶ Tercius tractatus regale ſacerdotium. ꝛ eiuſdem ſublimitatem ponit continentiā. temperantiā. ꝛ ceteros dignitatis ſacerdocij ordines ſtudioſiſſime tractans.

¶ Quartus tractatus vulgariū hominū huius mūdi calamitates et verendum ſtatum periculaqꝫ vite humane mundanoꝝ pulcherrime confutat.

¶ Quintus tractatus. ea que ſtimuli penitentie ſunt. impedimenta. documēta emolimentaqꝫ eiuſdem amplectitur. que venie ſpes. que conſcientie examinatio. que relique penitentie ſint ꝯditiones vbere ſtilo tranctantur.

¶ Tandem additur agonizantis ſpeculum.

№167174
BIBLIO: CÆSAREÆ OLOMUCII
2a

Reuerendo ac pijſſimo patri dño Georgio
Pirckamer Congregatiõis carthuſiẽſis Nũ
renberge priori Petrus thanhauſer ſe oratio
nibus ſuis recõmendat.

Cum nuper in ſacrũ veſtꝝ domiciliũ dulciſſime pater ſanctiſſime ꝯgregatiõis veſtre ſolacij et doctrine gratia venerabilis pat Franciſcus volkart curator veſter me vocaſſet. Illic ꝯuiuã ſocratici ſimpoſij me ꝯcedere. feliciſſimã veſtrã rempublicã modeſtiſſimos apparatus prudentiſſimũ patꝝ ordinẽ. ſacras edes. ceteraqꝫ monaſterij veſtri ac cerimoniarũ ornamenta diligentiſſima contẽplatione intuerer Parui mox. vt par erat. votis reuerẽdi patris ꝓcuratoris ꝛ hoſpitalitati tanq̃ȝ Chariſtia dea benigno aĩo intereſſe curaui Sed cum animi relaxandi ꝑtextu varia de ꝑſentis vite calamitate inter epulandũ diſputata eſſent. ꝛ imprimis de apparatu gallie regis. lodouiciqꝫ Sfortie. quẽ tra mariqꝫ ad inuadendũ. neapolitanũ regnũ paraſſent. et iam ꝓpe hora ꝺ ytalie reb⁹ geſtis ꝯſumpta eſſꝫ Acceſſit tabule diuus pater thomas de kempis ſanctitatis vir precipuus quẽ ſupiore mẽſe impꝛeſſum paternitati veſtre ſacraui. quem tantaꝝ laudũ ꝑconijs ꝑdicaſtis. vt chriſtiane reipublice nõ min⁹ ſalutẽ q̃ȝ felicitatẽ ſit allaturus veſtra opinione. cui facile cedo. dũ ita ꝺ multis ꝑſentis vite ꝑiculis vltro citroqꝫ cõmentamur. obtulit tũ paternitas veſtra mihi voto procuratoris. editionẽ quandã pulchram ꝛ libellulũ quinqꝫ ſpeculoꝝ. venerabilis patris dyoniſij religionis veſtre ꝓfeſſi prioris in ruremund. Qui ꝯditiones. et oẽs ſtatus hũane vite flexibiliſqꝫ nature. miro ingenio ꝛ arte ſtuduit in ſil̾ cõportare. Exemplar v̾tutis ꝛ moꝝ plenũ. Incepi initio legere. de imperãtiũ ac poteſtatũ moderamine rem diuinã ꝛ inenarrabilẽ vt ei⁹ viri ingeniũ nõ hũanũ ꝫ diuinit⁹ inſpiratũ fateri neceſſe ſit. laudet Eſculapius hypocratẽ chonum medicine ſue recuperatorẽ. philiſtratũ homerus. varronẽ virgili⁹. honeſtet neẽmiã Moſes. quia totã legẽ tempoꝝ malicia dirutã in vnũ opus collegit. Iuſtinianũ rhomani qui mandauit tribuniano theophilo ꝛ dorotheo queſtori

bus ſacri pallacij vt romanaꝝ legū que pandecta dicebant̄ ſupflua
reſcinderent adunarent diſuta crudaqꝫ. Contineat ſe permenides
cū dyalectica. thiſias cū rethorica. phrinius cū muſica. Atlas cū ſide
rum curſu. deſinēt extollere. Carmentam. nynphā latini. quia rho
manaꝝ litteraꝝ origo. Cadmū greci quia grecaꝝ inuētor. Erichto
niū aurige. quia bige repertor. Dormiat minerua quia olei. Dyana
venatiōis. Ceres frumēti putat̄ inuētrix. Laudet carthuſienſis et
vniuerſus xpianus popul9 genſqꝫ electa deo patrē dyoniſiū. q̄ ſua
vigilia labore opere ꝛ cura hec eadē cōportare conatus ē quib9 non
ſolū bona corpis que caduca ꝛ flexibilia ſunt. ſed aīe ipſius nauari
pūt. Hec eadē quinqꝫ ſpecula imprimenda fore ſuaſiſti pbo ac ſctō
ꝯſilio. Tametſi ego deditus ſim aliene induſtrie. et humeris meis
impoſitū eſſe onus ſcio. maius Atlantis celū humeris ſuſtinentis ꝛ
herculis illius. qui Junonis ob irā varia mōſtra laborib9 vicit ac
deleuit. id eſt Sebaldo ſchreyer hoc reruꝫ tpe dicatus. Archetipos
triumphantis rome ꝑ ſua magnitudine. liberalitate. pietate. inte
gritate. ꝯſtātia edēdos fore. Attamē paruitatis mee officia. vtcūqꝫ
potui paternitati veſtre impēdere ſemp extiti ſtudioſus. ꝛ nephas
ingens exiſtimarē hanc puinciā veſtro rogatui ꝯtemnere ꝛ admira
bit̄ huiuſce rei memoriā litteraꝝ penuria deleri. Jtaqꝫ magnitudo
veſtroꝝ in me beneficioꝝ me morēgerere cōpellit ſpecula hec qnqꝫ
humane vite imprimēda fore. que honeſtatis ꝛ vtilitatis plurimū
ꝯducere viſa ſunt. vt aſilū ſint. quo quiſqꝫ vicio corroſus tutus ve
lut olim ad ferias ſaturnalioꝝ ꝯfugere poſſit. Sꝫ cū tāta ſint benefi
cia ī me collata a paternitate veſtra. vt aliq̄d muneris petere vide
ant̄ apud hominē haud ingratū nihil pfecto inuenio. vl' natura vl'
arte. vl' fortuna mihi ꝯceſſuꝫ qd dignitati veſtre equali voto poſſū
vel rn̄dere. vel offerre. Venit tn̄ in mentē q adoleſcens in varrone
lego dātis animū nō munus eſſe penſandū. venit ꝛ in mentē ſocra
tis humanitas. q̄ paupis diſcipuli ſui eſchinis paruū mun9 magna
gratitudine dignū iudicauit. Jlle ſocrati ſeipm mūeris loco dedit
Ego eni nō ſolū meipm. imo hec eadē ſpecula diuini patris dyoni
ſij celebritati veſtre do offero ꝛ dedico. Vidimus eni qui alicui in

uigilant operi. qđ vł ad mores hoīnū ſpectat vel reꝝ notionē.
vł vite decorē. Jllud maiorib⁹ natu ſicuti dijs in terris ſacrare. quē
morē nimiꝝ cōmēdatione dignū. ⁊ a religiōe minime alienū. a iouis
ſeculo initiū habuiſſe. ⁊ ad noſtra vſqꝫ ſeruatū tp̄a reperio. Nam quū
iupit̄ eiecto ꝫ regno patre ſaturno maiorē vite p̄tē in olimpo mon
te coleret quicūqꝫ quippiā noui īueniſſet. qđ vite hoīm vſui fuiſſet
ipſuꝫ petebāt iouē. ac ſibi inuētiōes dedicabāt ſuas hūc ip̄m morē
poſteros deinde ſeruaſſe exēplis potiſſimū inualuit. Quippe eſo
pus egregius fabulaꝝ recitator opuſculū qđ grece ſcripſerat Criſo
lydoꝝ regi ſacrauit. Nicandroqꝫ p̄gam⁹ auctor vetuſtiſſim⁹ theri
aca pharmaca v̄ſu exametro edita ad athalū p̄gami regē pſcripſit.
et pleriqꝫ alij ſuis feciſſe tp̄ibus tradūt. quos pcenſere nō dat̄ p̄nti
epiſtole nec locus nec cōmoditas. Jlloꝝ ego veſtigia ſecut⁹ hec ſpe
cula veſtre paternitati ſacraui. veſtra v̄o paternitas. ⁊ illoꝝ inſtitu
tū ⁊ exemplū velit amplecti. ⁊ me vobis datū in mācipiū ⁊ correctu
rā ⁊ laborē huius libelluli vobis pſignatū nō ſpernere. vt ⁊ noīs ve
ſtri īmortale decus ad extremas orbis terraꝝ nationes duce librorū
imp̄ſſura ferat̄. Et inter religiōis veſtre ornamēta labor meus nu
meret̄. quē etſi alicubi erroris obumbret caligo. Celebritatis veſtre
ſplēdor illuſtret. honeſtatis igit̄ nō dedecoris ⁊ excuſandi nō calum
niandi vicē obtinebit ſi ego ⁊ togatā celebritatē veſtrā. cui non mi
nus venerationis ⁊ credulitatis debet etas noſtra quā priſca pitago
re ⁊ palliro. ⁊ oēs qui correcture mee ſarcinā pōderāt pios lectores
⁊ interp̄tes beniuolos nō maliuolos fore depoſco. Decoro tandē
reuerendiſſime pater pietatē veſtrā hac mea etſi paupere corona.
quam leta fronte ⁊ trāquillo vultu que celeſtis ⁊ vere beatitudinis
vobis ſit p̄ſagiū. virtutū veſtraꝝ monimentū ⁊ amicicie noſtre pi
gnus immortale. Valete o ⁊ p̄ſidiū ⁊ dulce decus meum ex Nuren
berga. Anno incarnatiōis milleſimoquadringēteſimononageſimo
quinto decimanona Januarij.

Tituli capituloꝝ ſpeculoꝝ .v. p. dyoniſij prioris domus carthuſie in roremund.

## Tituli capituloꝝ primi ſpeculi ſcʒ prelatoꝝ.


Capitulū primū. De correptiōis feruore erga ſubditos delinquentes ꝛ d̄ multiplici damno ꝓueniēti tam prelatis q̄ʒ ſubditis ex defectu correptionis fol.iij.

Capitulum.ij. Qđ ſcientia et ſapientia principi ac prelato eſt neceſſaria fol.vj.

Capitulum.iij. De affectione caritatiua prelatorum ad ſubditos ꝛ ecōuerſo. ꝛ de hoc ꝙ neceſſe eſt prelato vt diligatur ꝛ timeatur a ſubditis. fol.vij.

Capitulū.iiij. Qđ prelatus bono exemplo ſuo allicere debet ſubditos ſuos ad virtutes. fol.x.

Capitulū.v. Qđ p̄latus quatuor circa ſe ꝯſiderare debet fol.xv.

Capitulū.vj. De bono exemplo prelatoꝝ ꝛ q̄ʒtum culpa prelatoꝝ nocet ſubditis fol.xvij.

Capitulū.vij. Qđ p̄latus accuſandus ꝛ damnandus eſt ꝑ delictis ſubditoꝝ quos male regit fol.xx.


## Tituli capituloꝝ ſecundi ſpeculi ſcʒ ſubditoꝝ.


Capitulū primū. De vicio ꝓprie voluntatis fol.xxij.

Cap̄.ij. Qđ ꝓpria voluntas placet diabolo fol.xxviij.

Cap̄.iij. Qđ ꝓpria voluntas nocet ꝓprio ſubiecto fol.xxxvj.

Cap̄.iiij. Qđ ꝓpria voluntas nocet toti ꝯgregationi fol.xlj.

Cap̄.v. De requiſitis ad veram ꝛ perfectā obedientiā fol.xliij.

Cap̄.vj. De fructibus obedientie fol.l.

Cap̄.vij. De fructibus obedientie iteꝝ fol.lv.

Cap̄.viij. Exhortatio ad obedientiam fol.lviij.

Cap̄.ix. Concluſio.

## Tituli capitulorum ſpeculi ſcʒ ſacerdotum.

Capitulũ primũ folio.lxv.
Cap.ij. Quod ſacerdotes debẽt eſſe ſine macula fol.lxviij.
Cap.iij. Quod miniſtri eccleſie debent eſſe caſti fol.lx.
Cap.iiij. Qualem oporteat eſſe ſacerdotem fol.lx.
Cap.v. De dignitate et excellentia ſacerdotum fol.lxi.
Cap.vi. De eodem fol.lxi.
Cap.vij. De mũdicia ſacerdotũ qui portãt vaſa dñi fol.lxij.

## Tituli capitulorum ſpeculi ſecularium et mundi huius amatorum.

Capitulũ primũ. De ſecularibus et mũdi amatorum fol.lxxv.
Cap.ij. De peccato in cõmuni et quãta per pctã incurribus ſpiritualia detrimenta ſiue damna fol.lxxvij.
Cap.iij. De penitentia cito facienda fol.lxx.
Cap.iiij. De contemptu ſeu odio mundi fol.lxxv.
Cap.v. De falſa gloria mundi. potẽtia et dignitate ac caducis eius diuitijs contemnendis fol.lxxxvij.
Cap.vi. De morte ſcilicet et vbiqʒ timẽda et expectãda fol.xc.
Cap.vij. De gaudijs paradiſi et penis inferni fol.xciij.

## Tituli capitulorum ſpeculi ſiue ſtimulus pnie.

Capitulũ primũ. Speculũ ſiue ſtimulus penitentie fol.xcviij.
Cap.ij. De impedimentis penitentie folio.c.
Cap.iij. De documẽtis penitentie fol.ci.
Cap.iiij. De emolimentis penitentie fol.ciij.
Cap.v. De ſpe venie fol.ciiij.
Cap.vi. De examinatione conſcientie fol.cv.
Cap.vij. Contra voluptates carnales fol.cviij.
Speculum agonizantis peccatoris.

46

Incipit prologus libri ſequētis qui cōtinet quiqꝫ ſpecula

Voniam cōſulitur aut precipitur. ꝓuerbioꝝ quīto per ſapiētiſſimū ſalomonē dicentē. deriuent̄ fontes tui foras. ⁊ in plateis aquas tuas diuide. id eſt ſcientiam tuā alijs cōmunica. ¶ Comparat̄ autē ſacra ſcriptura aque quia mūdat ⁊ lauat. iuxta illud iohānis. Jam vos mūdi eſtis ꝓpter ſermonē quē locutus ſum vobis . Cuius cauſaꝫ aſſignat doctor eccleſiaſticus dicēs Sapia abſcōdita ⁊ theſaurus inuiſus . que vtilitas in vtriſqꝫ. Quaſi diceret̄ nulla. Nam vt dicit ſeneca. nulliꝰ boni ſine ſocio. iocūda eſt poſſeſſio Et boecius dicit. Incōparabilis theſaurus eſt ſciētia . que celata perit. diſtributa recipit incrementū. Vn̄ criſoſtimus Cor nō p̄bēs mēbris ſpiritū velociter extinguit̄. fons ſi nō genuerit aquas apud ſeip̄m putreſcit. Mānā quoqꝫ vermibus ſcatet ſi fuerit reſeruatuꝫ erogatū aūt vtiliter fit panis celeſtis. ⁊ refectio angeloꝝ. Scio nimirū ꝙ gratia obeſt. ſi nō alijs ꝓdeſt. Qui aūt donū dei in vſum et vtilitatē alienā cōmunicat. plenius meret̄ habere qđ habet. naꝫ dabit̄ ei ⁊ abūdabit. ¶ Amore igit̄ illectus ⁊ tractus . que ex paucis libris a primis motibꝰ ꝯuerſionis mee ꝑlectis retinui. ſine inuidia oīm cōmunico dilectioni . quāuis tn̄ ſciam nōnullos ad detractionem faciles dicturos. ꝙ ſecurius que ſcribo laterēt in ſinu cōſcientie mee. ⁊ prudētius interſilentij cardines clauderent̄. Sꝫ audiāt tales āmonitionē ſtatutoꝝ ordinis carthuſienſis ſcđa pte. ca. xvi. vbi ſic habet̄. Libros tanq̄ꝫ ſempiternū animarū cibū cautiſſime cuſtodiri. ⁊ ſtudioſiſſime volumus fieri . vt quia ore non poſſumus manibꝰ verbū dei p̄dicemus. Quotq̊t enī libros ſcribimꝰ. tot nobis veritatis p̄cones facere videmur. ſꝑantes a dn̄o mercedē ꝓ omnibus. qui ꝑ eos vel ab errore correcti fuerint. vel in catholica veritate ꝓfecerint. ꝓ cūctis etiā qui de ſuis peccatis vel vicijs ꝯpūcti. vel ad deſideriū fuerint patrie celeſtis accenſi Dicit quoqꝫ beatus gregorius omelia. v. ſuꝑ ezechielē. Qui in occulto ſilētio bene viuunt. ſed alieno ꝓfectui exemplo lumīs minime ꝓficiunt carbo-

nes ſunt. qui vero et exempla virtutū prerogāt. ⁊ lumen boni op̄is per vitā et verbum. ſeu ſcripturā multis demonſtrāt. iure lampa: des appellant. quia et per ardorē deſiderij ſibi ardēt. et per flāmā verbi alijs lucēt. atq̄ a peccatoꝝ cordib⁹ erroris tenebras repellūt. Jdcirco preſens quinquip̄titum ſpeculum ſpiritu iheſu op̄ante col: legi. ¶ Primū erit ſpeculum p̄latoꝝ. ¶ Secundū ſpeculū ſubdi: torum. ¶ Terciū ſpeculū ſacerdotū. ¶ Quartū ſpeculū hominū mūdanorū. ¶ Et quintū ſpeculū ac potius ſtimulus penitentie. ¶ Deniq̄ in ſacra ſcriptura debet ſe vnuſquiſq̄ ſtudioſe exercere quia ſicut dicit hieronim⁹ glorioſus ſup̄ illud pſalmiſte. vt mitiges ei a diebus ma lis. ſcientia et exercitatio et op̄atio de ſcripturis mi tigant nobis dies malos. Jdem etiam ad ruſticū monachū. Scri bantur inquit libri. vt et manus op̄etur cibos. et aīa lectione ſa: cietur. Jn deſiderijs em̄ eſt omnis ocioſus. Sanct⁹ quoq̄ martin⁹ omnes diſcipulos et fratres monaſterij ſui ſcriptores fecerat. Ju: lianus etiā apoſtota. vt in policratico ſcribit̄. ſcriptores plurimū venerabat̄. cultoreſq̄ ſcripturarū vndiq̄ colligebat. Jp̄e quoq̄ no ctib⁹ vigilās cōſcribebat libros. quos in ſenatu publice recitabat. Et ſtatuta ordinis carthuſieñ vbi ſupra dicūt. q̄ oīes pene quos ſuſcipimus ſi fieri poteſt ſcribere docem⁹. Plato ph̄us etiā ait. q̄ littere inſipiēti aīo tanq̄ bacul⁹ infirmo corpi rep̄te ſunt. Et poe ta laureat⁹ libro primo de remedijs vtriuſq̄ fortune dicit. q̄ nihil ſancti⁹ q̄m ſcribere libros. vt poſteris ꝓficias. vt ingeniū exerceas ſcribēdoq̄ alijs te doceas Nihil aūt eſt dulcius bene impenſi tp̄is memoria. Grecorū vnus origenes ſex milia libroꝝ edidiſſe tradit̄. O trāquilliū ocium. Hec ille. ¶ De ꝯmendatione ſacre ſcripture ſic dicit hugo libro primo de aīa. Nihil in hac vita dulci⁹ ſentitur nihil ita mentē ab amore mūdi ſep̄at. nihil ſic aīam cōtra tempta tiones roborat. nihil ita hoīem excitat et adiuuat ad oē opus ⁊ ad oēm laborē. ſicut ſtudiū ſacre ſcripture. Propt̄ hoc hieronim⁹ ad demetriadē virginē ſic ſcribit. Diuinas ſcripturas ſepi⁹ lege. ymo nūq̄m de manib⁹ tuis ſacra lctō deponat̄. vtere lctōe diuina vice ſpeculi. feda corripiēdo. pulcra cōſeruādo. ⁊ pulchriora faciendo.

Scriptura enī speculū eſt.feda oſtēdens ⁊ corrigi docēs. Ibi ſenti
mus qn̄tū ꝓficim⁹. qn̄tūue a ꝓfectu longe diſtam⁹. Idē hieroni-
mus in alia ep̄la. Sicut ſtellas celi nō extinguit nox. ſic mētes fi-
delium inherētes firmamēto ſacre ſcripture nō obſcurat mūdana i
iquitas. Idē ſup ep̄lam ad epheſios li.j. Siquid nāq; eſt qđ ī hac
vita virꝝ ſapiētē teneat.⁊ inter p̄ſſuras ⁊ turbines mūdi eq̄ aīo ma
nere ſuadet.illud eſſe primū reor.meditationē ⁊ ſciētiā ſcripturaꝝ
Et origenes in numeris omel.xvj. Nūq̄ȝ eſt qn̄ aīa ſcie igniculo
ſuccēſa ociari poſſit ⁊ quieſcere.ſed ſemꝑ a bonis ad meliora.⁊ iterꝝ
ad ſupiora a melioribꝰ ꝓuocat̄. Seneca. Vita hoīs ſine lr̄is mors
eſt.⁊ viui hoīs ſepultura. Itē amb⁹ in libro de cayn ⁊ abel. Celeſti
uȝ ſcripturaꝝ alloq̄a diu terere ac polire debem⁹. toto aīo ac corđ
verſantes.vt ſuccus ille ſpūalis cibi. in oēs ſe venas aīe diffundat
Sed qui p̄dictos ſacre ſcripture fruct⁹ carꝑe deſiderat. oꝑtet ꝙ in
vite regulā lecta ꝯuertat. Nā vt dicit poeta laureat⁹ vbi ſupra.tūc
eſt vtilis noticia ſcripturaꝝ.dū in actū trāſit.ſeq; ipaȝ opib⁹ a pp
bat non verbis Alioqui ſepe veꝝ dep̄hendit qđ ſcriptū eſt ſcīam in
flare. Et addidit idē dicēs. Multa ſimul ⁊ grādia clare velocit̄q;
intelligere.ac eadē tenacit̄ meminiſſe.⁊ ornate loqui ac artificioſe
ſcribere ⁊ ꝓnūciate ſuauit̄. hec oīa niſi ad vitā referant̄ quid ſunt
aliud.qm̄ inanis inſtrumēta iactācie.inutiliſq; labor ac ſtrepitus
Hec ille. Et.in.policrato libro viij.ca.xv. Noſſe bonū et nō face
re.meritū dampnatiōis eſt nō via btitudinis Porro vt ait venera
bilis pe.bleſeñ.ep̄la.xxvj.lr̄atus qui ſe lectiōe aſſidua non exercet
quaſi dom⁹ deſerta eſt.in qua iuxta verbū yſaie ꝓphete piloſi cla-
mant alter ad alterum.⁊ demones onocētauris occurrūt. Immū-
dus enī ſpūs domū vacantē inuenit.⁊ frequēter ad habitādū in ea
ſecū ſeptē ſpūs nequiores aſſumit De fructu etiā ſcripturaꝝ ſic ſcri
bitur ī policratico li.vij.ca.x. Certū ē quia fidelis lector ⁊ prudēs
et qui litteris et amore inuigilat.vicia ſemꝑ excludit.et in oībus ac
cedit ad vitam. Hinc eſt illud doctoris doctoꝝ hieronimi. Ama ſci
entiā ſcripturaꝝ.⁊ carnis vicia nō amabis. Sacra ſiquidē ſcriptura
reꝝ oīm ꝯtinet diſciplinaȝ.⁊ oīm moderatrix vniuerſis hūane vite

actib⁹.et verbis ⁊ cogitationib⁹.modū et terminum ipſa cōſtituit
Item ꝓlogo eiuſdē libri ſcribit̄ de laude ſcripture ſic.li.vij.ca.xiij.
A vicijs redimit̄ anim⁹.⁊ ſuaui ⁊ mira quadā etiā in aduerſis iocū
ditate reficit̄.cū ad legēdū vł ſcribēdū vtilia.mētis intēdit acumē.
Nullam in rebus hūanis iocūdiorē aut vtiliorē occupationē inue
nies.niſi forte diuinitus ꝯpuncta deuotio orando diuinis inſiſtat
colloquijs.aut corde ꝑ caritatē dilatato deū mēte cōcipiat.⁊ ma:
gnalia eius apud ſe quadā meditationis manu ꝑtractet. Experto
crede.quia oīa mūdi dulcia hijs collata exercicijs amareſcūt Vez
dicēte dn̄o qui verſat̄ in turbis turbat̄ erga plurima.quo nihil ſtu:
dijs aut bonis morib⁹ exercēdis ꝑnicioſius eſt. Si em̄ ſtudiū vt ci
ceroni placet.eſt vehemēs aī applicatio ad aliqđ agendū magna
cū volūtate.ꝑfecto mens que turbat̄ ad plura diſtrahit̄.nequaq̄z
in vno virtutis ope fideliter occupat̄. Deniqꝫ armatura ſp̄us ad
uerſus hoſtē ſuū ſcilicet carnē eſt ſacra ſcriptura. Vnde Origenes.
in leuitico. Non audiſtis ex diuinis ſcripturis quia certamē eſt in
ter homines carni aduerſus ſpiritū.⁊ ſpiritui aduerſus carnē. Et
neſcitis quia ſi carnē nutriatis ⁊ ipſam frequenti mollicie.ac iugi
deliciaꝝ fluxu foueatis.inſoleſcit neceſſario aduerſus ſpiritū.⁊ for
tior illo efficit̄. Qđ ſi fiat.ſine dubio eū inditionē ſuā redactum.
ſuis coget vicijs ac legibus obedire. Si vero ad eccleſiā frequēter
venias.aurē litteris diuinis admoueas.explanationē mādatorꝫ
celeſtiuꝫ capias.ſicut cibis ⁊ delicijs caro.ita ſp̄us verbis diuinis
cōualeſcit ac ſenſibus.⁊ robuſtior effectus.carnē ſibi parere cogit.
ac ſuis legibus obſequi. Nutrimēta igit̄ ſpiritus ſunt.diuina lectō
orationes aſſidue.ſermo doctrine. Hijs alitur cibis hijs cōualeſcit
hijs victor efficit̄. Qđ quia nō facitis.nolite cōqueri de infirmita
te carnis. Nolite dicere quia volum⁹ ſed nō poſſumus. volumus
cōtinēter viuere.ſed carnis fragilitate decipimur et impugnamur
ſtimulis eius. Tu das ſtimulos carni tue.tu eā aduerſus ſpiritum
tuū armas et potentē facis.cū eā carnibus ſacias ⁊ vino inundas
omni mollicie palpas.⁊ ad illecebras nutris.

Explicit prologus

Incipit ſpeculum prelatorꝫ De correptione feruore erga ſub
ditos delinquētes ⁊ de multiplici dampno ꝓueniēti tam prelatis
q̄m ſubditis ex defectu correptionis. Primum capitulum.

Cripturus ꝑ modicū ad mei ip̄ius. ymmo oīm p̄latoꝝ ſa-
lutarem inſtructionē. accipio mihi loco thematis illud
qđ ſcribit̄ in libro ſapie. xviij. c. Ardentē colūpnaꝫ ducem
habuerūt. In quibꝰ v̄bis ſtatꝰ boni p̄lati penes quattuor cōditio-
nes deſcribit̄. Debet em̄ bonꝰ p̄latꝰ primo habere zelum feruoris ⁊
ſancte correptiōis. Sc̄d̄o ſtatū vigoris ⁊ ſupportatiōis. Tercio lo
cum amoris ⁊ cōmunicatiōis. Quarto locū ꝓceſſionis ⁊ informato
ris. ¶ Primo ergo debet bonꝰ prelatꝰ habere zelū feruoris ⁊ ſancte
correptiōis. vt ſit ardēs ꝑ induſtriā. nō tepidꝰ ꝑ ignauiā. nō fumi-
gans ꝑ vanā gloriā. nō extinctꝰ ꝑ infamiā. Ardentē īquit. In cuiꝰ
figura dicit̄ de helya eccl'iaſtici. xlviij. Surrexit helyas q̄ſi ignis. et
verbū illiꝰ quaſi facula ardebat Sed iſti igni adiūgit̄ qn̄qꝫ ſulphur
et qn̄qꝫ thus. Qn̄ thus miſcet̄ cū igne. tota domꝰ in qua fit hoc ſua
uiter redolet. qn̄ vero ſulphur adiungit̄ ignis vehemēter accēdit̄. ⁊
tota domꝰ fetore replet̄. Et iſto mō moralit̄ loquēdo. eſt de p̄lato
nō nūq̄ꝫ. Cōtingit em̄ qn̄qꝫ. ꝙ p̄latꝰ laterales ꝯſiliarios ſibi aſſu-
mit. ꝑſonas ſulphureas incēdētes ꝑ maliciā ⁊ fetētes ꝑ infamiam.
Et qn̄ ſic eſt. tota domꝰ replet̄ abhomīatione ⁊ fetore. Qn̄ v̄o con
tingit ꝙ p̄latꝰ cōſiliarios ⁊ collaterales ſibi facit de ſctis ꝑſonis de
uotis ⁊ honeſte fame. tūc nulli dubiū qn̄ domꝰ tota repleat̄ dulce-
dine dilectionis. ⁊ ſuauitate pacis. que ꝑ thus ſignificat̄. Et tunc
verificat̄ de tali p̄lato illud eccl'iaſtici. l. Quaſi ignis effulgēs. ⁊ q̄ſi
thus ardēs in igne. Et ideo qual' cōditiōis debeat eſſe. a q̊ p̄latuꝫ
cōſiliū cōuenit petere. pulchre ⁊ elegant̄ deſcribit Ambroſiꝰ de of-
ficijs li. ij. Aduertēduꝫ inquit ambroſiꝰ ꝙ in inquirēdis ꝯſilijs pri-
mum ſe adiūgat vite ꝓbitas. virtutū p̄rogatiua. beniuolētie vſus
facultas gratie. Quis em̄ in ceno fontē requirat. quis de aq̄ turbi-
da potū petat. Itaqꝫ vbi luxuria eſt. ibi intēperācia vicioꝝ ꝯfuſio
Quis inde ſibi aliquid haurīēdū exiſtimet. quis vtilē iudicet. quis
nō deſpiciet moꝝ colluuionē cauſe aliene. quē videt iutilē vite ſue.

Quō eū potero iudicare cōſilio ſuperiorē. quē videro morib⁹ infe:
riorem. Supra me debet eſſe. cui me cōmittere paro. Quō eū ydo
neum putabo qui mihi det cōſiliū. qui nō dedit ſibi. et mihi eū va
care credā qui nō vacet ſibi. cui⁹ aīm voluptates occupant. libido
deuincit. auaricia demergit cupiditas ꝑturbat. Hec ambro. ¶ Si
vero qui ab ipīs policie tam ciuilis q̄ȝ eccleſiaſtice rectorib⁹ in ꝑtē
ſollicitudinis ꝓpter curarū releuamē aſſumūt. ſunt velut ſupcilia
ipoꝝ pſidentiū. qui oculoꝝ officiū geſtāt Sicut em̄ p ſupcilia ꝓte
gunt oculi a quocūq; improuiſo pulueris illapſu. vel a ventoꝝ tur
bine. ⁊ vniuerſaliter a qualibet alia aduēticia occaſione. que poſſit
acumē eoꝝ obtūdere. ita ⁊ fideles officiales. vt ſunt ī ordine carthu
ſienſis vicarij ⁊ ꝓcuratores. ſuos priores ab oī hoſtili iaculo. ab ob
ꝓbrijs detrahentiū ⁊ murmuratoꝝ ꝓtegūt. ⁊ cōtra cuncta ꝑicula.
munimē ſe offerūt. ⁊ aīam ſuā ponūt ꝑ illoꝝ reuerentia. ne honor
aut obīa ipoꝝ in aliquo minuat̄. ⁊ ne aliquis ſubditoꝝ cōtra coꝝ
bonā famā quid moliat̄. ¶ Prelatos vero oculoꝝ officiū ꝑiter et
ymaginē ſeruare dixi. qui in fronte in eminētiori ꝑte corpis locati
ſunt. vt poſſint corpis ꝑicula priuſq̄ȝ immineāt ꝓuidere. oīs inſu:
per hoſtilis aduerſitatis acceſſuȝ nūciare. iuxta illḋ ezechiel. Spe:
culatorē dedi te domui iſrł. Nā ſicut ſpeculatoris eſt de loco edici
ore ꝓſpicere. plus oībus cōtemplari. ita p̄latus ſciē ſublimitate et
mētali vigilia celſior debet eſſe cūctis. qua poſſit ſub ſe viuētes in
ſtruere. et iter eis veritatis oſtēdere. vt dicit ꝓſper. Eſt igit̄ vt ad
ꝓpoſitū redeā p̄latus. quaſi ignis ardēs ꝑ ſincerū zelū. Nam p̄lati
negligētes in correctione. aſſimilant̄ ſcḋm yſidoꝝ dormiēti. de cu
ius manu cadit baculus paſtoralis. et pictores pingūt talē q̄ſi ac:
cubantē in cathedra ſuꝑ cubitū ſompno greuatū. et cadentē de ma
nu eius baculū paſtoralē. Et ſic bene aſſimilant̄. Ex dormitione
em̄ negligētie virgā correctiōis amittūt. Et ideo ad euigilandum
eos ḋr eis in ꝑſona ſummi p̄lati. ſymō dormis mat. xxiij. Et illud
zacharie. xi. O paſtor ⁊ ydolū derelinquens gregē. ¶ Preterea iſti
ſunt qui nūq̄ȝ vtunt̄ iraſcibili potētia in bonū. nō iraſcētes cōtra
delicta. ſed oīa cū quadā ſtulta patīa quaſi inſenſibiles ſuſtinētes.

76

Contra quos dicit bernard⁹. Nō irasci vbi irascendū est. peccatū est. Et benedict⁹ in regula. Nō dissimulet abbas peccata delinquentiū. sed mox vt oriri ceperit radicitus ea vt p̄ualet amputet. Et notādū q̄ ex negligētia corrigēdi mlta mala sequūt̄. quoꝝ quedā redūdāt in p̄latū. quedā ī delinquētē. ¶ Sūt aūt tria mala que redundāt in p̄latū. Primum est cōfusio. Sicut eīn honor est patri habere bonos filios. ita redit in cōfusionē suā malicia filioꝝ ecclesiastici. xxij. Cōfusio est patris de filio in disciplinato. ¶ Scd̄m ē culpa. Trāseūt eīn in p̄latū culpe subditoꝝ quas nō corrigit. Origenes sup exodū omel. xi. Vt video ietro nō frustra venit ad moysen. nec frustra manducauit panē cū senioribus ppl'i in conspectu dn̄i. Dat eīn cōsilium moysi ꝓbabile satis et vtile. vt eligat viros et constituat principes ppl'i viros deū colentes viros potentes. et odientes sup̄biā. Tales eīn op̄tet esse principes ppl'i. qui nō solū sup̄bi nō sint. sed et qui oderint sup̄biā. Idem. Vt nō solū ipsi absq̄ vicio sint. sed et alijs oderint vicia. Nō homīes dico odisse. sed vicia. Grego. in pastorali. Si rector min⁹ cōtra culpas accendat̄. culparū oīm ip̄e reus tenet̄. Huius aūt exemplū manifestum est in medico. Certū est eīn q̄ reus est mortis infirmi suscepti in cura. nisi faciat qđ in se est de infirmo curando. Aliud exemplū ponit̄ in glosa super numeri. xxv. de pedagogo. cui culpa attribuitur. si puer sue instructioni cōmissus minus disciplinatus ex sua negligentia inueniatur. Aliud exemplum ponit benedictus in regula de pastore dicens. Sciat abbas culpe pastoris incumbere. quitquit pater familias in ouibus minus vtilitatis poterit inuenire. Et ideo debet p̄latus dare operam diligentem circa subditos. vt debitum fructum in operibus bonis reddant. exemplo illius boni pastoris qui dicit genesis. xxxi. Oues tue et capre tue steriles non fuerunt. Ve multis prelatis qui hoc non cogitant. sicut fecit aug⁹. qui dixit. Quid faciam cum exiget̄ a me ratio tot animarum. que pendent ad collum meum. ¶ Tercium est pena temporalis. Puniuntur enim non solum in futuro. sed etiam in presenti prelati negligentes. Hinc est q̄ primi regum tertio dixit domin⁹. Eo q̄ nouerit

heli in digne agere filios ſuos ⁊ nō corripuit eos. idcirco iuraui do
mui heli. q̄ nō expiet̄ iniquitas dom⁹ eius victimis ⁊ muneribꝫ in
eternū. Nuſq̄ȝ inuenim⁹ vel ſcriptū legim⁹ exceſſuȝ heli in ꝓpria
pſona. nō ei⁹ luxuriā. nō caſtrimargiā vel auariciā. Si em̄ talis eſ
ſet. nō ſolū de filijs ei⁹. ſed de ipō dn̄s cōquereret̄. Et tn̄ q: zelo ca:
ruit ⁊ negligēs atq̄ȝ remiſſus fuit. cū filijs ſuis interijt. iudicio diui
no ꝑcuſſus. eo q̄ iniquitatē filioꝝ ſuſtinuit. iuxta illd̄ iob. xvij. Si
ſuſtinuero infirm⁹ dom⁹ mea eſt. Vnde ⁊ grego. nazāzenus magi:
ſter hieroni. glo ſi in apologetico ſic dicit. Heli ſacerdos ꝓ filioꝝ
iniquitatē dāpnat̄. q̄ eos diuina ſacrificia temerātes. min⁹ ſeuera
aīaduerſione plectebat. Miſeruȝ me. Et quidē coercuit. ⁊ quidem
corripuit. ſed lenitate ⁊ māſuetudīe patris. nō ſeueritate ⁊ autorita
te pōtificis. Eſt autē p̄latus vſq̄ȝquaq̄ȝ inutilis apud quē diſcipli:
na nō viget. Hoc idē legim⁹ in numeris. xxij. de duodecim principi
bus filioꝝ iſrl̄. q̄s dn̄s p̄cepit ſuſpendi in patibulis cōtra ſolē. eo q̄
filios iſrl̄ fornicari cū filiab⁹ madian ꝑmiſerūt. vel negligēter cor
ripuerunt. Cōtra ſolē principes ſuſpēdunt̄. vt arguant̄ a luce. quia
p̄lati nō ſoluȝ ꝓ ſuis pctīs arguent̄ a ſole iuſticie. ſed etiā ꝓ pecca:
tis ſubditoꝝ ſi fuerint negligētes. Si autē diues ī inferno de fratri
bus ſuis ſolicit⁹ fuit. ne veniret ad locuȝ tormētoꝝ. peiores ſunt eo
qui de ꝑditione aīaꝝ nō curāt. Vn̄ vbi dr in exodo. xxxij. qui vir dei
eſt accingat̄ mecū dicit expoſitor. Virū dei ſe negat. qui vitā carna
lium quātuȝ ſufficit arguere recuſat. Et ſup illud qd̄ in eodē ca. di
citur. cōſecraſtis hodie man⁹ veſtras deo dicit expoſitor. Si conſe
cratio eſt ſumere vindictā de pctō. ꝑfecto vitia ſine increpatione
vel vlcione trāſire eſt execratio. quia facilitas venie incētiuū p̄bet
deliquēdi. Grego. in regiſtro. Studeam⁹ cor noſtrū terrenoꝝ pa:
ſtoꝝ imitatiōe ſuccēdere. qui hyemales noctes ymbrib⁹ geluq̄ȝ du:
cunt ꝑuigiles. ne vel vna ouis ⁊ nō forte vtilis pereat. Quā ⁊ ſi in
ſidiator ore voraci momorderit. quō ſatagunt. quib⁹ cordis anhe:
lant eſtib⁹. q̄s voces vt eruāt captum pec⁹ anguſtia ſtimulāte ꝓſi
liunt. ne a gregis dn̄o quicquid ꝑ incuriā ꝑdiderunt exigat̄. Vigile:
mus igit̄ ne quid pereat. ⁊ ſi captum forte quid fuerit. vocib⁹ diui-

norum eloquioꝝ ad gregem dominicum reducam⁹. vt ille qui paſtor paſtoꝝ eſt. vigilaſſe nos circa ouile ſuū ſuo digneẗ miſericors iudicio cōprobare. Quot em̄ fructus dn̄o multiplicati gregis oſtēdem⁹. ſi et ip̄m quē paſcēdum ſuſcepim⁹. ocioſa mēte cernimus a beſtia deuorari. ¶ Sunt q̄z alia tria mala que redundāt in dampnum delinquentis primum eſt excecatio credit enim interduz delinquens cum non corrigitur illud quod fecit non eſſe malum. vel nō eſſe tātum malum. Jdeo dicit grego. in paſtorali. Nōnulla vehemēter increpāda ſunt. vt dum culpa ab actore cognoſciẗ. quāti ponderis ſit ab increpātis ore ſentiaẗ. Et ideo bene diciẗ ꝓuerbi. xix. Virga ⁊ correctio tribuit ſapiām. ¶ Scd̄m eſt delicti multiplicatio Delictū em̄ ꝙ nō corrigiẗ facilius multiplicaẗ Vnde bernardus Jnpunitas eſt inſolētie mater. radix impudētie. trāſgreſſionū nutrix. Et ideo qm̄ cito nō fertur contra malos ſn̄a. idcirco abſq̄ timore vllo filij hoīm ꝑpetrant mala. ¶ Terciū eſt finalis ꝑditio Qui em̄ nō corriguntẗ facilius delicta cōtinuant. ⁊ ideo finaliter ꝑduntur. ſicut patet de adonia dicēte ego regnabo. quē pater nō corripuit aliq̄n̄. ⁊ ideo finaliẗ ē interfect⁹. iij. regū. i. Et ideo diciẗ eccleſiaſtici. xli. De patre impio queruntẗ filij. qm̄ ꝓpter ip̄m ſunt in obprobriū. ¶ Diciẗ de quodā iuuene. ꝙ cū ꝓpter delicta ſua duceretur ad patibulū. ⁊ a patre eū ſequēte peteret oſculū. in fine arripiens eū dentib⁹ naſum eius abſcidit. ⁊ dixit ꝙ hoc fecit quia ꝓpē eius culpā qui nūq̄z eū correxerat ab infantia venerat in obprobrium. Dicit ap̄lus ad hebreos. xij. Si extra diſciplinaz eſtis. cuius ꝑticipes facti ſunt omnes filij dei Qui ergo ſubditos ſuos relinquit ſine diſciplina. de filijs dei facit filios dyaboli ſiue belial. q̄d diciẗ abſq̄ iugo. ¶ Contra quos dicit ap̄lus ad ephe. iij. Educate filios veſtros in diſciplina ⁊ correctione dn̄i. Solon philozoph⁹ vn⁹ de. ſeptem ſapientibus grecie interogatus qualis debeat eſſe ꝑp̄li rector ait. Populi rector prius ſe q̄z populū rectificare debet. Alioquin erit velut is qui vmbram curuam rectificare conaẗ. priuſq̄m virga curua vmbram faciēs recta fiat. Socrates philozoph⁹ atheníenſis Qui in alios poteſtate exercet prius conſcientiam purga:

re debet. vt qui delicta corrigit nō admittat. vitetq̧ quod vidicat. Stultum eſt autem vt velit quis impare alijs. cum ſibyipſi impa-re non poſſit. Plato philozophus. Qui ſuam aniam que vna eſt gubernare non poteſt. quō multorum hoim gubernator erit. Tuli us. Cum inferiore viuas. queadmodū ſupiorem tecum velis viue-re. Idem dicit grego. in regiſtro ad iohānem epm ſyracuſanū. Ta les ergo ſubicōs noſtros debemus exiſtere. quales nobis ſi ſubiecti fuiſſemus. noſtros volueram⁹ eſſe prepoſitos. Cylon philozoph⁹ Oportet principē ⁊ dñatorem manſuetū eſſe. vt primi magis reue reantur q̄m timeant.

Quot ſcia ⁊ ſapia principi ac plato eſt neceſſaria ſcdm cap.

Secundo prelat⁹ debet habere ſtatū vigoris ⁊ ſupportati onis. vt ſit colūpna fortiter ſupportās regiminis ſui on⁹ Hieremie. j. Dedi te hodie in ciuitatē munitā. ⁊ in colum nam ferreā. ⁊ in murū eneū ſup omnē terrā. Q̄diu em̄ colūpna ē recta. fortiter ſupportat onus ſuppoſitū. ſed q̄m cito incipit curua ri ad vnā partē vel ad aliā. ſtatim fabrica tota cadit. Ita eſt mora liter q̄zdiu p̄latus ſeruat rectitudinē ⁊ iuſticiā. ſequēs iura et bonā cōſcientiā. meritorie ſupportat et exequit̄ cauſam ſuaz. qñ vero de-clinat ad latus ꝓpter affectionē vel offenſaz. nō reprimēdo. defe-ctuoſos ⁊ nō fouendo bonos. tūc fabrica tota cadit. In cuius figu-ra legimus iudicū. xvi. q̧ ſampſon ducis cōcuciēdo colūpnas. qui-bus tota innitebat̄ domus domū ꝓſtrauit. ⁊ ſeipm ⁊ omnes qui in ea erāt occidit. Iſto mō moraliter loquendo eſt de dyabolo. Affe-ctat em̄ aliqñ vnā cōgregationē deuotoꝝ ſubuertere. ⁊ eos ſpūalit̄ occidere. hoc eſt ab eis caritatē que eſt vita ſpūalis auferre. ⁊ vt il-lud faciat breuiorē viā nō habet. niſi colūpnas illius cōgregatōis cōcutere ⁊ allidere. p turbationes ⁊ cōmotiones Vnde iob. ix. Qui cōmouet terrā de loco ſuo. ⁊ colūpne eius cōcuciemt̄. Legim⁹ in hi-ſtorijs ſcolaſticis ſup geneſim. q̧ cham filius noe. ſeptem artes libe rales in quattuordecim colūpnis deſcripſit. quaꝝ ſeptē erāt eree ⁊ ſeptē lateree. vt cōtra diluuiū ignis ⁊ aque imperpetuū ꝑmanerēt

in figurā ꝙ in p̄latis qui colūpne dicunt̄ ſufficiētia deeſſe ſcientie
non debet. ⁊ ideo ſapiētia dicit̄ excidiſſe colūpnas ſeptem ꝓuerbi
oꝛum.j. quia niſi prelati eccłie ſapīa et ſcientia ſacre ſcripture fuerit
infoꝛmati. eccłie fabrica tota ruet. Et ideo ſignāter dicit̄ aggei. ij.
Interroga ſacerdotes legem. Sup̲ quo dicit hieronim⁹. Cōſidera
ſacerdotū eſſe officiū de lege interrogatos rn̄dere. Si ſacerdos eſt
ſciat legē dn̄i. ſi ignoꝛet legē dn̄i ipē ſe arguet nō eſſe ſacerdotē dn̄i.
Grego. quoq; nazazenus in apologetico ſuo dicit. Quāuis p̲ diffi
cile ſit ſcire regi. hoc eſt regēti ſe obtemp̲are. multo difficilius ē ſci:
re alios regere. Reuera em̄ hominē regere mihi videt̄ ars arciu; et
diſciplina diſciplinarū. quia certe homo eſt inter om̄es aīantes. et
moꝛibus varius. ⁊ moꝛibus diuerſus. Vnde ⁊ ſalomō a dn̄o cōmen
dat̄. eo ꝙ ab ip̄o inuitat⁹ vt q̄d vellet peteret. p̄re oībus ſapīam ad
gubernacula ppl̄i pecijt. eāq; diuitijs ⁊ honorib⁹ p̄tulit. vt legit̄.
iij. regū. iij. Johānes ep̄us ſareſbriēſis in ſuo policratico libꝛo. iiij
ca. vij. de iſto ſic dicit. Audi quā legē impōat pꝛincipib⁹ ⁊ prelatis
rex magnus ſup̲ oēm terrā. terribilis et qui aufert ſpiritū pꝛincipū
Poſtq̄; inquit ſederit rex in ſolio regni ſui. deſcribet ſibi deutrono
mium legis huius in volumīe. accipiēs exemplar a ſacerdotib⁹ le:
uitice trib⁹. et habebit ſecū. legetq; oībus dieb⁹ vite ſue. vt diſcat ti
mere dn̄m deū ſuū. et cuſtodire verba ⁊ cerimonias eius que in le:
ge p̄cepta ſunt. Ecce quia pꝛinceps nō debet eſſe iuris ignarus. et
licet multis pꝛiuilegijs gaudeat. nec militie p̄textu lege; dn̄i p̲mit
titur ignoꝛare. Habebit ergo inquit ſecū legē ꝓuidēs ne ad dāpna
tionem ſuā cū eā habere neceſſe ſit. habeat cōtra ſe. Potentes em̄
potēt̄ toꝛmēta paciet̄. Et adiecit. Legetq; illō. legē ſiquidē habere
in mātica pax̲ ꝓdeſt. niſi fidelit̄ cuſtodiat̄ in aīa. Legēda eſt ergo
oīb⁹ dieb⁹ vite ſue Ex quib⁹ liquido ꝯſtat q̄; neceſſaria ſit pꝛīcipi
bus ⁊ prelatis pericia litterarū;. qui legem dominicotidie reuolu
te lectione iubētur. Et foꝛte ꝙ ſacerdotes legē cotidie legere iube
antur nō frequenter inuenies. pꝛinceps vero ſiue prelatus cotidie
leget et omnibus diebus vite ſue. quia qua die non legerit legem.
ei non dies vite ſed moꝛtis eſt. Hoc vtiq; ſine difficultate non

illiteratus nō faciet. Vnde ⁊ in litteris. quas regē romanoꝝ ad frā
corum tranſmiſiſſe recolo. quib⁹ hortabaẗ vt liberos ſuos liberali:
bus diſciplinis inſtitui ꝓcuraret. hoc inter cetera eleganter adie/
cit. quia rex illiteratus eſt quaſi aſinus coronatus. Si tamen ex di
ſpenſatione ob egregie virtutis meritū principē ꝯtingat eſſe illite
ratum. eundē agi litterarū cōſilijs vt ei res recte ꝓcedat neceſſe eſt
Aſſiſtāt ergo ei nathan ꝓpheta ⁊ ſadoch ſacerdos ⁊ fideles filij ꝓ:
phetarū. qui eū a lege domini diuertere nō paciantẗ. ⁊ quā ipe ocu
lis aīo nō oſtendit. linguis ſuis introducāt. quaſi quodā aurium
oſtio litterati. Legat itaqꝫ mens principis in lingua ſacerdotis. et
quitquit egregiū videt in morib⁹. quaſi legē dei venereẗ. Naz vita
et lingua ſacerdotū. quaſi quidā liber eſt vite in facie pp̄loꝝ. Nec
expers oīno lectionis eſt. qui etſi ipe nō legit. que leguntẗ ab alijs fi
deliter audit. Extat ep̄la philippi macedonis deſtinata ariſtotili
nuꝑ nati alexandri vt ſperabaẗ magiſtro. Philipp⁹ ariſtoteli ſalu
tem dicit. Filium mihi genitum ſcito. quo equidē dijs habeo gra/
tiam nō ꝓinde quia nat⁹ eſt. ſed quia eū naſci contigit tꝑib⁹ vite
tue. Spero etem̄ fore. vt educat⁹ eruditusqꝫ a te dign⁹ exiſtat ⁊ no:
bis. et rerum iſtaꝝ ſuſceptione. Socrates tunc demū reſpublicas
fore btās aſſeruit. ſi eas philozophi regerēt. aut rectores eaꝝ ſtude
re ſapiē cōtigiſſet Romanos imꝑatores aut duces. dum eoꝝ reſpu
blica viguit. illiteratos extitiſſe nō memini.

De affectione caritatiua prelatoꝝ ad ſubditos ⁊ ecōuerſo. ⁊ de
hoc ꝙ neceſſe eſt ꝑlato vt diligaẗ et timeaẗ a ſubditis terciū ca.

Tercio debet prelatus habere locum amoris ⁊ cōmunica
tionis. vt ꝑ beniuolentiā et affectionem bonā ſubditos
habeat. et a ſubditis habeaẗ. et hoc notaẗ cum diciẗ habu
erunt. Debet em̄ prelatus haberi ab omnib⁹. et nō a quibuſdā tm̄
et a quibuſdā non. ſed oībus et ſingulis debet eſſe cōmunis. Vnde
in laudē traiani imꝑatoris diciẗ. ꝙ arguentib⁹ eū familiaribus de
communicatione nimia. eo ꝙ ad ſubditos nimis erat affabilis. vl
tra id quod imꝑatoriā decet dignitatem. reſpōdit talem ſe velle eſ
ſe imꝑatorem priuatis. qualē ſibi eſſe imꝑatorē priuati optaſſent

ſicut dicit eutropius romane hiſtorie libro octauo. Et ſic etiã iuli⁹ ceſar amorẽ ſuorũ militũ meruit. quia eos non milites. ſed potius cõmilitones nominauit. ſicut de eo narrat ſuetonius libro primo. Et vegetius de re militari libro. iij. ca. xviij. docet. ꝙ in exercitu bene ordinato tres debent eſſe duces. primus ſecund⁹ tercius. Primus aũt qui precipuã ſuſtinet poteſtatẽ debet eſſe in ꝑte dextra inter equites et pedites. vt conſilio regere. et autoritate tam equites q̃ȝ pedites ad pugnã poſſit hortari. Moraliter loquẽdo ſic prelat⁹ cõmunis ꝑſona debet eſſe. vt maioribus et minoribus ſue beniuolentie equitatẽ oſtendat. nõ ſemꝑ cum equitib⁹ ꝓprium requirat honorem. nec ſemꝑ cũ peditibus ſubiectionis nimie negligẽti torpore torpeſcat Sic eñ xp̄us in familia hoc eſt inter ap̄ꝉos ſe habebat. Nam aliqñ ſe exhibebat ſuꝑiorem. iohãnis. xiij. Vos vocatis me magiſter et dñe. ⁊ benedicitis. Sum etem̃. Aliqñ vero ſe exhibebat inferiorẽ. iuxta illud luce. xxij. Ego aũt in medio veſtrũ ſum ſicut qui miniſtrat Aliqñ equalẽ. iohãnis. xiiij. Jam nõ dicã vos ſeruos. ſed amicos meos. Amicicia eñ equalitatem requirit prout docet philozoph⁹. viij ethicoꝝ. ca. vj. Eodẽ modo aliqñ prelatus inter ſuos ſubditos debet eſſe maior quantuȝ ad iniquitatis correctionem. iuxta illud ad thitũ. ij. Argue cũ omni imꝑio Minor quãtum ad hũilitatis reputationẽ. iuxta illud prime ad theſſ. ij. Facti ſum⁹ ꝑuuli in medio veſtrũ. Equalis quãtum ad amicabilẽ cõuerſationẽ. iuxta illud eccl'iaſtici. xxxij. Rcõrẽ te poſuerunt fratres tui noli extolli. eſto inter illos quaſi vnus ex illis. ¶ Dicit Ariſtotiles xiij de animalib⁹. ꝙ cor eſt cõmune principiuȝ. a quo oĩa mẽbra vitam et principiũ recipiũt. declinans in homine magis ad ſiniſtraȝ partẽ q̃m ad dextrã. Iſto modo prelatus eſt cor in corꝑe xp̄i miſtico. a quo omnes ſubditi recipe debent virtutẽ et cõſolationẽ. et influentiã ſui motus. Debet tñ ad infirmiores cõpaciendo fauorabiliter declinare. Vnde bernardus. Sciant fideles prepoſiti aniaruȝ languẽtiũ curaȝ ſibi traditã. Cũq̈ȝ interdũ cuiuſq̃m murmur querule vocis deprehendũt. etſi in ip̄os vſq̈ȝ ad cõuicia ꝓrumperint. medicos ſe nõ dominos cognoſcẽtes. parent cõfeſtim contra anie

frenteſim non vindictā ſed medicinā. ¶ Natura iterum docuit oīa animalia. ꝙ maiorē curaꝫ habent de fetib⁹ adhuc debilib⁹. q̄m qn̄ facti ſunt fortes. Cōtrarij ergo ſunt nature prelati ad infirmos crudeles. ¶ Item prelatus potius aſſumit ad onus q̄m ad honorem nō ꝓpter bonos ꝛ ꝑfectos. ſed ꝓpter minus bonos. Et ideo illos ſubditos. qui ꝓpter aliquā infirmitatē mentis vel corꝑis ſunt onerosi non debet ꝓicere. ſed potius humeros ſupponere ad portandū Bernardus. Quid cauſaris aliquoꝝ qui tecū ſunt magis grauari conſortio q̄ꝫ frui ſolatio. cū ſolus oībus datus ſis ſolaciū tanq̄ꝫ omnium ſanior oīm fortior. Quotiens ergo de tuis inueneris triſtes. puſillanimes ꝛ querulosos. ipoꝝ patrē te cognoſcēs et abbatē. conſolando exhortādo. increpādo age opus tuū. ꝛ portādo ſanes. quoſ ſeruando portas. Tales em̄ ſuſcipiēdi ſunt inter brachia paciētie. vt ſint materia ad merendū. Unde ꝛ grego. li. ij. ſuꝑ ezechielē omelia. ix. Bonus ille diſcipulus qui magiſtrū tollere in aere videbat ꝑ magnū caritatis affectū clamabat dicēs. Pater mi pater mi. currus iſrl' et auriga eius. Quid eſt fratres k̄mi ꝙ helyas currus iſrl' ꝛ auriga dicit̄. niſi quia auriga agitat ꝛ curr⁹ portat Prelatus ergo q̄ mores populi ꝛ ꝑ patientiā ſuſtinet. ꝛ sacri eloquij verba docet. et curr⁹ dicit̄ ꝛ auriga Curr⁹ quia tolerādo portat. auriga quia exhortando agitat. Curr⁹ quia mala ſuſtinet. auriga quia ꝓpl'm bonis ām̄onitionib⁹ exercet. ¶ Preterea ſciendū ꝙ prelato neceſſariū ē vt timeat̄ ꝛ amet̄. ſed ſcd̄m eſt meli⁹. Ideo dicit aug⁹. in regula. ꝙ q̄muis vtrūq꜒ p̄lato ſit appetendū. ſꝫ timeri ꝛ amari. tamen ſcd̄m plus. Eſt aūt neceſſariū p̄lato vt timeat̄. ꝛ hoc ꝓpter ſubditoꝝ vtilitatē. Sunt em̄ multi illoꝝ frequēter qui magis timore q̄ꝫ amore inducunt̄ ad bonum. Aug⁹. Sicut meliores quos amor dirigit. ita plures ſunt q̄s timor corrigit. ¶ Item ꝓpter ſtatus ſui exigentiaꝫ Indecēs em̄ eſt et incōueniēs. ꝙ aliquis preſit aliquib⁹ et non timeat̄ ab eis. Et ideo dn̄s qui dedit homini dominiū ſuꝑ aīalia. miſit cū hoc timorē ipius ſuꝑ ea. Gen̄. ix. Terror veſter ac tremor ſit ſuꝑ cuncta aīalia terre. ¶ Item ꝓpter dei honorē. Nō em̄ eſt

ad honorē regis ſed confuſionē. cū eius baculus nō timet. Et ideo dicitur prelatis luce. iiij. Qui vos ſpnit me ſpernit. ¶ Sunt autē tria que valēt ad hoc vt p̄latus timeat. Primū eſt morū grauitas. Sicut em̄ qn̄ cōformat ſe quotidianis leuitatib9 multitudinis. fit ex hoc cōtemptibilis p̄latus. ſic grauitas facit eū haberi in timore reuerēciali. Propt̄ hoc dicit iob. xxx. Videbāt me iuuenes ꝛ abſcō debant. ¶ Scdm eſt vſus autoritatis. Sūt em̄ quidā qui nunq̄m pdeunt ad opus aliqḋ virile ex autoritate quā habent. ꝛ ideo non timent. ſicut ſtatue que nunq̄ꝫ aliquid faciunt. pceſſu tpis non timent ab auibus. Et ideo dicit̄ ad thitū. ij. Argue cū omni impio nemo te cōtempnat. Quaſi diceret. Jdeo fac hoc impioſe. ne vertaris in cōtemptū. ¶ Terciū eſt rigor iuſticie. cū videlicet talis ē ꝙ non credit̄ ꝙ aliquo mō a iuſticia flectat̄. Et ideo dr de herode marci. vj. Herodes metuebat iohānē ſciēs eū virū iuſtum ꝛ ſanctū ¶ Jterum ſcdm qḋ dictū eſt. licet ſit neceſſariū p̄lato ꝙ timeat̄. tn̄ magis eſt ei curādum de amore ſubditoꝝ. ꝛ hoc multis de cauſis. Quarum alie ſunt ex pte ſubditoꝝ. alie ex pte p̄lati. Qḋ ſic patet. Jllud qḋ imponit̄ amāti licet difficile ſit. tn̄ fit facilius q̄ꝫ qḋ imponit̄ timenti. Vnde auctoritas. Amanti nihil eſt difficile.

¶ Jtem quod ſit a tali quia fit hylariter. et non cum triſticia ſicut quod ſit ex timore. acceptum eſt deo. ſecunde ad corintheos nono. Non ex triſticia vel neceſſitate. hilarem enim datoreꝫ diligit deus. ¶ Jtem timentis eſt fugere. diligentis vero adherere. ꝛ iḋo vbi ſubditi timentes fugiunt. interdum ipſi diligentes adherent p̄lato infatigabiliter. ſicut lucas paulo ſcdm hieronimum. Et ideo dicitur ad coloſenſes. iij. Caritas vinculuꝫ perfectionis. id eſt vinculum perfectum. ¶ Jtem prelati indigēt portari in multis. hoc autem facit amor Auguſtinus. Tantum quiſq; portat quantum amat. ¶ Jtem indigent iuuari in multis. hoc autem facit dilectō Amici enim eſt iuuare amicum. et pro adiutorio ſolet vnus ad alterum recurrere. Vnde illud Job. xix. Miſeremini mei miſeremini mei ſaltē vos amici mei. ſcilicet ad iuuandū. ¶ Jtem frequēter

a ſubditis moleſtantur. ſed dilectio non nouit hoc facere. quia dilectio proximi malū non operatur. ſꝫ contra dilectū ad romanos. xiij.
Quantū ergo prelati debēt apparere vt a ſubditis diligātur. tum quia ſubditos facilius hec dilectio faciat obedire. et acceptabilius deo ſeruire. et fortius eis in bono adherere. et ipos p̄latos facit portari in ſuis defectib⁹. et in ſuis iuuari negocijs. et eos ſe habere gra-tius. Jdeo non ſolū aug⁹. ſed et bernardus dicit ad prelatos. Stude magis amari q̄ꝫ timeri. Et yſidorus. Talē te redde ſubditis. vt magis ameris q̄ꝫ timearis. Quis ergo dubitet quin hoc a ſpiritu ſancto ſit. in quo tres tanti doctores vno ore concordant. ¶ Sed notandum ad hoc vt p̄latus ameт a ſubditis cauendū eſt ei a ſuperbia. Hec em̄ non diligi facit. ſed odioſum reddit Eccia̅ſtici ſexto. Odibilis eſt corā deo ⁊ hoīb⁹ ſupbia. Jn policratico libro quarto. ca. vij. Quiſquis gradū proprie celſitudinis amat. humilitatis cultum in moribus diligētiſſime teneat. Vnde in lege impoſita principibus et p̄latis Deutronomij. xvij. Nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſup fratres ſuos. Quod p̄cipue neceſſariū eſt ſepius replicat eo ꝙ hūilitas nunq̄m ſatis videт cōmendata principib⁹. et difficilimum eſt vt gradus honoris. tumorē nō pariat in aīo imprudētis. Supbis vtiqꝫ reſiſtit deus. et hūilib⁹ dat gratiā. Prouide ergo rex orat non veniat mihi pes ſupbie Nō itaqꝫ ſupbiat ſup fratres ſuos. ſed cū fratrē meminerit. fratrū ſubiectis oībus impēdat affectum. Nec tn̄ eatenus ſupbiā vitet vt incidat in contemptū. quia ſicut elatio ita abiectio declinād̄a eſt. Deniqꝫ quē ſupborum legiſti regnare diutius. ¶ Jtem cauendū eſt etiā ei a duricia Hec enim reddidit roboan pp̄lo odioſum. iij. regū. xij. Et ideo dicit econtrario eccl'iaſtici quarto. Jn māſuetudine opa tua pfice. et ſup hoīm gloriā diligeris. Ait ouidius. Eſt piger ad penas princeps ad premia velox. Quiqꝫ dolet quotiēs cogit eſſe ferox. Verūtn̄ ipſius māſuetudinis modus. quo caritatis brachijs ſubiectos vt fratres amplexatur limitibus claudit. Sic etnī fratres diligat. ꝙ errores eoꝝ medicinaliter corrigat. Sed in cruciatu mēbroꝝ corpis cui⁹ p̄lat⁹ caput eſt. legi triſtis et gemēs famulet. id eſt doleat cū exigentibus

culpis vindictam expoſcit. Deniq₃ honoꝛ regis iudiciu₃ diligit. et
delinquentiū culpas tranquilla mentis moderatione compeſcit.
quia ceſſante iuſticie ſtimulo populus ſe in illicita reſoluit. ¶ Itē
a ſingularitate. Cum eñ conformat prelatus ſe alijs. et eſt in illis
quaſi vnus ex illis. ex hoc acquirit ſibi amorē alioꝝ eccleſiaſtici. xiij
Omne animal diligit ſibi ſimile. Similiter ergo patet quantum
plus neceſſaria dilectio. q̄₃ timoꝛ ſubditoꝝ prelato. et a quib⁹ cauē
dum eſt ei vt diligat̄. Item tulius. Prelati officium ſit ſtudia mul
titudinis ad ſuas vtilitates allicere. Omniū eñ rerū nihil aptius
ad ꝑlationes tenendas q̄m diligi. nec quitq̄₃ alieni⁹ q̄₃ timeri. Tu
cius eſt eñ volētibus q̄₃ coactis impare. ¶ Sciendum aūt q̄ ad
hoc q̄ aliquis prelat⁹ ſue familie appareat curialis ⁊ amabilis. de
bet ante omnia habere liberalitatē in donis. ad inſtar thiti impa:
toris. qui recoꝛdat⁹ ſuꝑ thronū q̄ nihil cuiq̄₃ tota die ꝑſtitiſſet do:
lens ⁊ gemēs dixit. o amici hūc diē perdidi. vt refert ſuetoni⁹ libro
de xij. ceſarib⁹. Idē quoq₃ thitus imꝑatoꝛ ait Nō opoꝛtet quēquā
a ſermone pꝛincipis triſtē diſcedere. ¶ Itē precipuū qđ inter ꝑla:
tum ⁊ ſubditos dilectionē cauſat ⁊ ꝯſeruat eſt innocētia et puritas
vite ⁊ cōſcientie. Vnde in policratico libro. vi. capi. xxix. Si in ſui
ipius cuſtodia quiſq₃ laboꝛat ꝑfecto optim⁹ erit ſtatus ſinguloꝛu₃
et omniū. vigebitq₃ virtus religionis regnāte vndiq₃ mutua cari:
tate. Omnia ſiquidē religionis mala ex peccati infirmitate ꝓueni
unt. Nā ⁊ inferioꝝ delicta bonū pꝛincipē demerent̄. ⁊ peccata ſu/
perioꝛū ſubditis ſunt occaſio ⁊ autoꝛitas delinquēdi. Manſueſcit
itaq₃ pꝛinceps ab innocentia ſubditoꝛum et ſubditoꝛum motus re:
pꝛimit innocentia pꝛelatoꝛum. Placito namq₃ deo omnis creatu/
ra mitis eſt et ſeruit homini. et eo indignante omnis creatura ar
matur in vltione ei⁹. Coruus helyā pauit. vrſus famulatū impen
dit ꝓphete. vt ꝑcat danieli ferocitatē dediſcit leo. ⁊ collectā neſcit
eſuriem. vnda ſiccis iuſtoꝝ calcat̄ pedib⁹. aduerſos pueros ſuccen:
ſus ignis in foꝛnace nō ꝑſicit. Ad votū fidei aer ymbres ⁊ terra fru
ctum negat. ⁊ celū ip̄m in impios euomit ignes ſuos. Porro etſi in
exercitio virtutum ſit remiſſioꝛ ꝑlatus. colendus eſt tamen. ⁊ ſicut

b

gium quoq; ſi voluntatē ſuā rurſus vſurpet. quā in ſuperiorum ſuorum manus dedit. ¶ Conſideret ſcđo religioſus quiſq; ꝙ iam ſibi viuendum eſt non ꝓpria ſed aliena voluntate. que tamē originaliter a ſua volūtate receſſit. Non eñ quiſpiā eū ad ꝯfitendum coegit. Sequenda eſt igiť deinceps aliena voluntas non p̄occupanda non docenda. ¶ Conſideret tercio qm̄ dominus bonoꝝ noſtroꝝ non eget. ac ꝓinde melior eſt obediētia q̄ȝ victima. Propterea cēſeri dȝ ꝓ regula generali illđ eſſe meliꝰ illud pulchriꝰ illđ nobiliꝰ illud vtiliꝰ delectabiliꝰ ꝛ honeſtiꝰ. qđ eſt obiē ꝓximius. ſit illa res in qua obediť vilis abiecta turpis inutilis laborioſa vana ſtulta quālibet inhoneſta. pctō ſecluſo. Exemplū fuit in dño noſtro iheſu xp̄o. qui factus eſt obediēs vſq; ad mortē mortē aūt crucis. Exemplum in yſaia. qui regio genere et ꝓphetico ſpū inſignis ambulauit nudꝰ. hāc exiſtimās vt hieronimꝰ ſententialiter dicit ſup̄mam nobilitateȝ deo obedireſ. Vnde et agathes in culpata ꝙ ſe gereret ſeruilē ꝑſonā. rn̄dit theologiſans. Summa ingenuitas hec eſt. in q̄ ſeruitus xp̄i cōprobať. ¶ Cōſideret quarto ꝙ aduerſarius noſter dyabolus iuxta verbū petri tanq̄ȝ leo rugiēs circuit querēs quē deuoret. Nō habet aūt efficatiꝰ machinamētū q̄ȝ ſi homini ſuadere poſſet diſplicētiā ſui ſtatus iam aſſumpti iam ꝓfeſſi nūc ſub velamine maioris vtilitatis in alia vocatione vt in p̄dicando nūc ſub figmēto cōtemplatiōis. nūc ſub arrogātia ſcientie amplioris. nunc ſub vmbraculo ꝙ oīa ſunt inutilia. que ꝓſequiť vigilia ieiunia. cātica vocis cū ſilibus quia deꝰ ſoluȝ inſpicit cor. et ait. Et corꝑalis exercitatio ad modicū vtilis eſt. Vt quid deniq; hec ꝑditio vngēti qđ poterat venūdari multo. Dicit hoc ſibi qui ſe docere alios p̄ſumit ydoneū. et clauſus tn̄ in cella teneť. ¶ Cōſideret quīto ꝙ oīa ſuſpecta ſunt tanq̄ȝ a demonio meridiano qđ ſe trāſfigurat in angelū lucis ingeſta et ſuggeſta. que loci vel ꝓpoſiti mutationē ingerunt. et ſuadent directe vel indirecte. p̄cipue niſi manifeſtus ſit in via qua poſitus ambulabat obex eterne ſalutis. qui poni ſoluȝ creditur dum cum hac via et ipſa non ſtat ſalus. ¶ Conſideret ſexto ꝙ ſcola religiōis valde diſtat a ſcola ſecularis īquiſitiōis. Dicebat

hoc vnus fratrum meorum alteri fratri ſuo ꝛ meo dum ſimul in or:
dine celeſtinoꝝ morarent̄. Frater hec nō eſt ſcola theologie vł phi
loſophie ſed xp̄iane diſcipline. non veniſti ad doctrinaꝫ ſed ad di:
ſciplinam ꝛ bonitatē. Linque queſtiones ſcolaſticas que erudiunt
intellectū. ſatis tibi ſint regulares obſeruatōes noſtre que accedere
debēt affectū. ¶ Cōſideret ſeptimo ꝙ viatores hic ſumꝰ nō cōp:
henſores. Sit igit̄ viator vt viator. nō querat hic que ꝓ premio in
via queſito dant̄ in patria. cōp̄heſio ſcꝫ diuitatis ſine fantaſmate ſi
ne labore. vbi nec languor nec ſeniū ꝛc. Dicamꝰ cū ap̄lo. Nihil iu
dicaui me ſcire inter vos. niſi ieſuꝫ xp̄m ꝛ hūc crucifixū. Sufficiat
nobis hic corꝑaliter ambulantibꝰ ꝑ corꝑalia trāſire ꝑ fidem ꝛ ſpē
et caritatem in eterna ſiquidē in ſpeculo ꝛ enigmate. quouſqꝫ veni
et dies illa vbi ſponſus paſcit ꝛ cubat in meridie. qn̄ videbimꝰ fa
cie ad faciē ſicuti eſt et ſimiles ei ꝓrſus erimus. ¶ Cōſideret octa
uo ꝙ in illa die primi ſpecialis examinis ꝛ nouiſſimi generalis nō
interrogabimur quātū fuerit intellectus noſter acutus et eruditus
ſed quales fuerit et q̄ꝫ ſimplex q̄ꝫ pius et ſpontaneꝰ humilis et de:
uotus ad deū noſter affectꝰ. demū q̄ꝫ efficax et obſequioſus in eiuſ
mandatis effectus. Hoc viderat qui dicebat. Omnis cōſummatio:
nis vidi finem latū mandatū tuū nimis. Quod quidē mandatum
eſt caritas nō cognoſcēdi vanitas. ¶ Conſideret nono ex p̄miſſis
qm̄ oē ſtudiū ſuū reſolui dꝫ ad effectuꝫ vt nihil ſtudeat nihil legat
nihil cātet nihil mediteꝛ̄ qđ nō ordineꝛ̄ ad inflāmationē affectus
qm̄ in hac inflāmatiōe cōſiſtit ſup̄mus apex theologie iuſticie tra
dite ꝑ dyoniſiū et reuelate ſibi ꝛ alijs ꝑ ſpiritū ſanctū. Sed neqꝫ fu
gabunt̄ fantaſmata ꝑ ſtudiū ſed ꝑ deſideriū. ꝑ affectū ſcꝫ et nō intel
lectum. qm̄ neceſſe eſt intelligentē fantaſmata ſpeculari. ¶ Con
ſideret decimo ꝙ hec inflāmatio affectus nō expectanda ē ab hoīe
ꝓpterea nō ſuſpiret adhunc vel illū doctorē. p̄ſertim viatorē. vt di
cat felix eſſem ex cōuictu talis vniꝰ. Suggeſtiones huiꝰ modi ſepe
ſunt dyabolice ꝓcurantes inquietudinē. Scio exꝑtus de quodam
ꝓfeſſo qui prius ardentis ſtudij in ſeculo de ꝓgenie nedū illuſtri ß
regia. cōquerebat̄ ꝙ tp̄e ſuo non eſſet alter hieronimus quē poſſet

audire ꝯuentuum ex eruditione ſua ad ſcientie ꝑfectionem. quaſi non eſſe tpe ſuo doctor etiam in ianuis qui ſufficeret docere eum. quaſi ꝓpterea religionem intraſſet nō ad lamentū ſed ad documētum. Recolo triſtis ꝙ dum pia ſollicitudine dicerem me ſuſpicari ne talis ardor ſciēdi eſſet ab inſtinctu malo. rñdit indignabundus que voluit ꝛ receſſit. Quo benedicte de⁹ quo receſſit. Pꝰ q̄m paulopoſt tpe factus apoſtata ſub ſpecie religōnis arcioris. tandē abſq̧ vllo verecūdie velo habitū omnē religionis abiecit. Miſereat̄ ſui ymmo et mei et oīm noſtrū de⁹. cū ꝑiculū par aut maius ſecluſa pietate dei imminet ceruicib⁹ noſtris. Sit hoc inductū non ad cōtumeliā vel improperiū ꝓpitius ſit deus. ſed ad cautelā ꝛ exemplum nō plus ſape q̄ȝ oportet. et vt ſemꝑ meminerim⁹ pſalmi illius. dn̄e nō eſt exaltatū cor meū ꝛc. ¶ Cōſideret vndecimo iuxta ꝑmiſſa qualis exercitatio ſibi tenenda ſit. Prima ſiquidē vt adimpleatur opus dei. ſic eñ̄ nominat̄ in regula eccłaſticū officium vel ſeruiciū. Deinde ſi quid erit reſiduū tpis ordinat̄ ad vacanduȝ ſibi poſt neceſſitates corꝑis que multe ſunt. Hoc ſub breui verſiculo cōplexus eſt documētū aliquis dicens. Fac opus iniūctū deinde vacato tibi. Sit tñ̄ adhuc iſta vacatio talit̄ practicata in ocio deuotionis. vt nō reddat̄ ineptū ꝑ lacrimas aut aliā corꝑis vel cerebri debilitationē exercitiū actionis ī officiꝭ ꝛ cāticis. ¶ Cōſideret poſtremo ꝙ ex q̄ monach⁹ fact⁹ eſt ꝛ deſijt eſſe ſecularis. vt monach⁹ ſaluabit̄. aut aliter oīno nō ſaluabit̄. Sed heu ſicut cōquerit̄ petr⁹ bleſeñ̄ ep̄ła. cxlſ. legim⁹ in li. cotidianoꝝ euētuū ꝙ in his qui euomuerūt ſeculū frequētec amor ſeculi recidiuat. ſuaq̧ reedificantes ihericho quā in primitiua cōuerſione ſubuerterāt. igneȝ et cineres ambitiōis ſuſcitāt iā ſopitas. ꝓpriaq̧ volūtateȝ repetūt. quā ꝓ regno celoꝝ vēdiderūt. Hac ambitiōe ꝛ ꝓprie volūtatis ꝑtinatia periclitant̄ frequēter ſcioli. id eſt qui putāt ſe aliquid ſcire. q̄s pauca literatura ſua facit inſanos ꝛ ꝑuaricatores obſeruātie regularis. ꝛ iuxta ap̄ł'm ſemꝑ diſcentes. ꝛ nūq̄ȝ ad veritatis ſcīam perueniētes. Siquidē de cauſa illuminationis fecerūt ſibi materiā cecitatis. Ingreſſi eñ̄ ꝯruptam ꝓprij ſenſus ꝛ ſenti menti viā. in qua nihil nō

tenebroſum nihilq3 non lubricum eſt. ruunt in ꝓfunda mortis per
precipicia ꝓprie voluntatis. Alta quippe ſape mors eſt. et facile
piclitatur qui ſe in alto ꝓſpiciens obſtupeſcit. Sed iuxta verbum
ſapientie melior eſt homo minoratus ſapiā ⁊ ſenſu deficiēs i timo:
re. q̄z qui abundat ſenſu et tranſgredit legem. ¶ Hec dilectiſſimi
fratres pio corde meditātes. ſapientiſſimi ſalomonis ſemp memo
res eſtote conſilij. qui vniuerſos āmonet dicens. ne innitaris pru
dentie tue ꝓuerbiorum. iij Vbi hieronimus dicit ꝙ prudentie ſue in:
nitimur. qui ea que ſibi agēda vel dicēda vident patrē decretis p̄:
ponit. Nō talis erat venerabilis ille lanfrāc⁹ cāthuarienſis archi
epūs omni ſciētia ſeculari pfecte imbut⁹. in cui⁹ geſtis legit ꝙ qua
dam die dum monachus in lectorio herluini ad mēſam legeret. qd
daz inter legendū dixit ſicut dicere debuit qd preſidenti nō placuit
et alter dicere iuſſit. velut ſi dixiſſet docere media ꝓducta ſicut eſt
et iuberet eam breuiari. Nō eñ prior ille litteratus erat. Sed vir
ſapiens et ſciens magis obedientiam in xp̄o debere quā donato. di
miſit qd bene ꝓnunciauerat. et dixit quod recte dicere iubebatur.
Exemplo huius ſancti deſcendere debet vetus obediēs per humi:
litatem ab omni reputatione ꝓprie cognitionis. vt ſapienter no:
uicius et inſcius videatur. Conetur obedire hieronimo monenti.
Diſcamus in terris quorum nobis ſcientia perſeueret in celis.
Que autē ſcientia hec ſit in terris diſcenda declaret bernard⁹ ſup
miſſus eſt dicens. Diſce terra ſubdi. diſce humiliari. Ita ꝓpriam
voluntatem euomas vt non reuertaris ad vomitum. ita te cōfigu
res ⁊ cōplantes ſimilitudini et obie xp̄i vt ſis mortuus mūdo. mor
tuus a corde tuo. et vita tua feliciter abſcondat in xp̄o. Obediētia
que filiū dei decuit. nō ſit queſo. tibi dedecori. Nō eſt eñ ſeru⁹ ma
ior dn̄o ſuo. Hoc ergo in te ſentias qd ⁊ in xp̄o ieſu. qui cū in forma
dei eſſet formā ſerui accepit. ⁊ vſq3 ad ignominiā crucis ⁊ penā cur
ſum obedientie limitauit. Tu vero cohumiliatus et cōpaupertat⁹
domino maieſtatis. vagum et liberum tue voluntatis arbitrium
ſubice pro eo grauitate ſeruituti. Si recolas quāta ſuſtinuerit ꝓ te
⁊ ſi milies te dare poſſes ad mortē nō ſufficeres tn̄ ad paria rn̄dere

Quid em̄ retribuet puluis ⁊ vermis domino glorie. qui ꝓ eo aīaȝ ſuam in morte concluſit vt beatitudine frueremur quā nec oculus vidit nec auris audiuit. Ea ꝑpter omni ꝓpria voluntate depoſita. ſtudeas moribus ⁊ vita implere carthuſienſem ⁊ monachū. Dicit ſanctus fulgentius epiſcopus. Veri monachi ſunt qui iuſtificatis volūtatibus ſuis parati ſunt nihil velle nihil nolle. ſed abbatis tm̄modo cōſilia vel precepta ſeruare. O quot immiſſiones facit ꝑ angelos ſuos malos lucifer princeps tenebrarū aduerſus hanc preclaram virtutē ſcȝ ſanctam obedientiā. Circuit ſathan iſte querēs quē deuoret. Jnuenit religioſum deditū obīe ſi poteſt auertere ſatagit. vt iſte ſub intentione boni ſcȝ vacādi ſuauiori et crebriori deuotioni poſtponat opus iniūctum. Sic impellit iſte neqȝ. ſcit em̄ ꝙ inutiliter ymo noxie fiūt nō iuſſa. preceptis et iniūctis omiſſis Jndiſcretus importunus eſt prelatus ait inſultans demon. ⁊ murmur inducēs cōtra prepoſitū. vt mentē ſubditi faciat diſſuauē. et ex tedio retardet iniūctum obīe opus. Sed ſcit vere obediēs ꝙ neqȝ ſterilitas iniūcti opis neqȝ importunitas aut ignorātia preſidētis adimit meritū obīe. Scit ꝙ qui precipientē prelatū iudicat terram ſurſum celū vero deorſum vertit. ⁊ codeȝ inſtanti factus eſt iudex et reus dn̄s et ſeruus. Scit deniqȝ vere obediēs ꝙ qui poſſidet in ſe ꝓpriaȝ voluntatē. et temptationes ſuas prelato ſuo abſcōdit tenet infra viſcera ſua dampnationis mortē. De predicta materia vtiliſſima ſic admonetur curauit venerabilis magiſter gerardus groet carthuſienſienſeȝ illū de quo ſupra Monachus inquit debet humiliter eſſe obediens ſupioribus et ſuo ſenſu non inniti. nec ſue diſcrectioni vel exercitio ſpirituali. ſed ea deuotione et exercitio vti quā vel ſupiores ſuadent. quia hoc ſecurū vtile humile et fructuoſum eſt. Jn hoc em̄ ſue voluntati renūciat. Nam ꝑfectius eſt facere minus ex obīa q̄ȝ maius ex ꝓpria voluntate. et efficitur illō minus bonum maius bonum. Multi cadunt qui ꝓpriam ſequuntur voluntatem. ⁊ ſunt quaſi ꝓprietarij ſeipos poſſidentes. Poſſidere aūt ꝓpriam voluntatē vel ꝓpriū ſenſum verior eſt apoſtaſia atqȝ deterior q̄ȝ relinquere habitū vel clauſtrum. quia eſſentialius eſt

religioni votum obedientie q̄ locus aut habitus De huius obediē
tie voto ab omnibus religioſis ꝓfeſſis fideliter reddendo admoni
tio datur deutronomij.xxiij. Votū qđ voueris deo non tardabis
reddere. Ratio hui⁹ datur eccīaſtici.v. Nā deo diſplicet infidelis
et ſtulta ꝓmiſſio. Periuriū eſt em̄ iuramentū frangere. vt dicit ſan
ctus thomas. ſcđa ſcđe in materia de voto. ſed non reddere deo vo
tum infidelitas eſt. longe deteſtabili⁹ peccatū q̄ꝫ ꝑiuriū. Obediē
tie aūt obſeruatio ſumit̄ a cōſilio ſaluatoris mat.xvj. Si quis vult
poſt me venire abneget ſemetipm̄. et tollat crucē ſuā et ſequat̄ me.
Ille em̄ ſolus ꝑfecte ſe abnegat. qui ꝓprie volūtati plene renūciat
Volūtas em̄ ita in hominis poteſtate eſt. q̄ a nullo alio extorque
ri poteſt. Nullū igit̄ taꝫ ſuaue holocauſtū deo offerri poteſt. ſicut
p̄ſcindere a ſe illud. qđ ſumme ſuū eſt. dominiū ſcꝫ ꝓprie volūtatis
Et ſequit̄ in p̄dicta ep̄la. Verba p̄cepta ⁊ ꝯſilia debet monachus
a ſuꝑiori accipe ꝓmpta volūtate. ac ſi a dn̄o deo met p̄ciperet. Nā
deus ſua ꝓuidētia ꝓuidit ⁊ ordinauit ab eterno. q̄ in tali tp̄e talis
monachus ꝑ obīam talis ſuꝑioris ſaluari debeat. et qui in hoc reſi
ſtit ordinatiōi diuine reſiſtit. Nō enī ſine cauſa ⁊ vtilitate magna
ſuꝑior poteſtatē portat. Nō enī habēt poteſtatē. niſi eſſet ei data
deſuꝑ. Etiā ſi ſuꝑior malus eēt. dūmō recte in oppoſitū diuini pre
cepti minime p̄ciperet. audacter ⁊ cōfidēter ſuꝑiori cōfide. Et q̄lē
te habet talē te reputa. Si te cōdēpnauerit te cōdēpna. ſi te iuſtifi
cauerit vel ſaluauerit te in v̄tute dei ⁊ ſuperioris et eius meritis ac
iuſtoꝝ p̄cibus te ſolutū ⁊ iuſtificatū habe. Hec ille. ¶ Formā etiā
huius ꝑfecte obediētie ⁊ plene reſignatiōis volūtatis ꝓprie in illa
famoſa ⁊ v̄tuoſa dn̄a griſelde de ytalia habes. que p̄ceptū aliquod
qn̄qꝫ audiēs a viro ſuo r̄ndit. In ip̄o inquit domus tue introitu ve
ſtes totaliter ⁊ volūtates affectuſqꝫ meos exui. tuos indui. De om̄i
ergo re quicquid tu vis ⁊ ego volo. nec cōſenſum meū queras de vl
la re. Nempe ſi future tue voluntatis eſſem preſcia. etiā quicquid
id eſſet ante ⁊ velle ⁊ facere inciperē. q̄ꝫ tu velles aut fieri p̄ciperes
Nūc autē animū tuū quē preſcire nō poſſum libēs ſeq̄r. Sic ſcđm
bernardū verus monachus operādo ꝑuenire debet voluntatē et ꝑ

ceptū ſui p̄lati. ¶ Eſt igit̄ ſciendū q̄ ſcd̄m thomā cuilibet religio
ſo ē volūtas ſui ſupioris p̄ceptū. nō tm̄ illa quā ex v̄bis ſuis exteri⁹
audit. ſed etiā illa quā interius ĩ corde interp̄tat̄ ſeu intelligit. Et
ergo tenet̄ quilibet religioſus in oībus agere non ſolū ſicut audit p̄
latū ſuū dicere aut p̄cipere. ʒ etiā ſicut interpretat̄ ꝛ eſtimat ipſum
velle. Vn̄ climachus. Qn̄ abſente eo qui p̄eſt. vultū ipſi⁹ ymagina
mur hūc nobis aſſiſtere putātes. ꝛ omnē collocutionē vł ſermonē
vel cibū vel aliud quippiā qd̄ eū ſuſpicamur odire in nobis auerti
mur. tūc cognoſcimus q꞉ legittimā obediētiā vere exequimur. Et
iteꝝ. Si vere p̄elegiſti inquit tollere xp̄i iugū. ante oīa te volo obe
dientiā exercere. Sicut enī ferꝝ fabro. ita ꝛ monachus ſeipſum tra
dere debet ꝛ ſubiectus eſſe p̄lato. Excitet nos ad hāc p̄fectā abne
gationē ſnīa bti auguſ. in li. de v̄ginitate ſic dicētis. Quicūq̄ ſcd̄m
ſe vult viuere ꝛ nō ſcd̄m deū eiuſq̄ vicariū. ſil'is ē diabolo qui ſcd̄ʒ
ſeipſum ꝛ nō ſcd̄m deū ſupiorē ſuū viuere voluit. Itē bernardus.
Ve ſemel ꝛ ve iteꝝ crucē dn̄i portātibus. ꝛ nō ſequētib⁹ illū. Chri
ſtus ne p̄deret obediētiā p̄didit vitā. Vos eſtis cariſſimi fr̄es qui
portatis crucē dn̄i multiplici rigore ꝛ labore ordinis. ſub cui⁹ regu
la p̄feſſi eſtis. ʒ ipſum minime ſequimini ſi nō penitus volūtates
p̄prias abnegatis. Quā p̄mpti aūt ꝛ p̄fecti eſſe deberetis o dilecti
filij mihi indigno pctōri cōmiſſi in hac v̄tute obediētie. p̄pendere
poteſtis. ex eo q̄ monaſtica p̄feſſio a ſctis dr̄ ſecūdus baptiſmus. et
hoc p̄pter votū obediētie cū abrenūciatōe totius p̄prie volūtatis
qd̄ excedit om̄e genus ſatiſfactiōis etiā publice pn̄ie. vt habetur ĩ
decretis diſtin. xxxiij. q. ij. ca. ām̄onere. De quo ſic ſcribit magiſter
gerardus groet vbi ſupra. Itē cōſide q̄ p̄ introitū religiōis cū p̄po
ſito p̄ſeuerādi ꝛ mutādi vitā. qui ē quaſi ſcd̄s baptiſmus ſcd̄m ber
nardū in libro de precepto ꝛ diſpēſatōe. ꝛ etiā ſcd̄m alios doctores
et vt in collatiōibus patꝝ habet̄. remittunt̄ tibi tā quo ad culpam
q̄ʒ ad penā penitus oīa pctā. Et ergo ſic renatus denuo ꝛ de nouo
mūdatus ꝛ rebaptiſatus in ſpū. cuſtodi te deinceps forti cuſtodia.
¶ Hec oīa dilectiſſimi ſupradicta intelligētes ac ope p̄ficiētes ve
ri carthuſiēſes ſimus veriq̄ abrahe patris obediētie filij. ꝛ in p̄ſor

tium filioꝝ dei veraciter adoptati. quia ⁊ oēs ſancte religionis pro feſſores qui nos pceſſerūt. p hāc v̄tutē pfecte obediētie iuſtificati ſunt. mēbraq̄ xpi effecti. qui dixit. nō veni facere volūtatē meā ſ3 volūtatē ei⁹ qui miſit me Joh. vj. Exēplo hui⁹ v̄bi obediētiſſimi dn̄i ieſu. ⁊ etiā v̄bi paſſūpti. ſc3 pat̄ ſi vis transfer calicē iſtū a me. verūtn̄ nō mea voluntas fiat ſ3 tua. dicat ſp verus obediēs ad p̄la tū ſuū. Fiat volūtas tua nō mea. Hoc nāq̄ v̄bū bn̄dict⁹ ieſus ad pa trē ſuū in hūili ſua ānullatōe locut⁹ ē. Et hoc v̄bū erat xpo delecta bili⁹ ⁊ honeſti⁹ deo prī amabili⁹. nobiſq̄ vtili⁹ ⁊ diabolo ſcādaloſi us q̄3 aliud qðcūq̄ v̄bū qð xps vnq̄3 dixerat. q: ī abnegatōe ſue vo lūtatis ſcðm hūanitatē oēs redēpti ſum⁹ ⁊ ſaluati. Adhuc replico ſic. Religioſ⁹ q̄lib3 pfeſſus diligēs reddere deo pfecte vota ſua que diſtinxerūt labia ſua. ⁊ pcipue votū obediētie. ppt̄ qð maxīe ſibi re mittūt̄ oia pctā cōmiſſa ī ſecl'o. q: ſtat⁹ monaſtice religiōis pprīſſ ſime dr̄ ſtat⁹ pnīe. Qð vt pueniēti⁹ oſtēdat̄ accipiēdū ē illud qð di cit auguſ. x. de ciui. dei. videlic3 ꝙ religio nō quēlibet ſ3 cultū dei ſi gnificare videt̄. Cult⁹ aūt ſoli deo debit⁹ ī ſacrificij oblatiōe oñdit̄ Offert̄ aūt deo ſacrificiū d̄ exterioꝛib⁹ reb⁹. qn̄ eas aliq̄s ppt̄ deū largit̄. ſcðm illud ad hebreos vlti. Beneficiētie ⁊ cōionis nolite ob liuiſci. talib⁹ eni hoſtijs pmeret̄ deus. Offert̄ etiā deo d̄ pprio coꝛ poꝛe dū ſc3 qui xp̄i ſunt carnē ſuā crucifigūt cū vicijs ⁊ pcupiſcētijs vt aplꝰs dicit ad gal. v. Et ad roma. xij. Exhibeatis coꝛpa veſtra hoſtiā viuētē deo placentē. Eſt aūt etiā ſacrificiū terciū deo acce ptiſſimū. qn̄ aliquis ſpm̄ ſuū offert deo. ſcð3 illud pſal. Sacrificiū deo ſp̄us ptribulatus. Sed ſciēdū ꝙ ſicut greg⁹. ſup ezechielē dicit hoc īter ſacrificiū ⁊ holocauſtū differt. ꝙ oē holocauſtū ſacrificiū ē ſ3 nō om̄e ſacrificiū holocauſtū. Jn ſacrificijs eni p̄s pecudis ī ho locauſto v̄o totū pec⁹ offerri pſueuit. Cū ergo ſuū aliquid aliquis deo vouet. ⁊ aliquid nō vouet ſacrificiū ē. Cū v̄o oē qð h3 oē qð vi uit oē qð ſapit oīpotēti deo vouerit holocauſtū ē. Qð q̄dē implet̄ p tria vota monaſtica. vic3 paupertatis ptinētie ⁊ obediētie. Vnde manifeſtū ē eos qui huiuſmōi vota emittūt. quaſi ppter holocau ſti excellentiam anthonomatice religioſos vocari. Per ſacrificij

antē oblationē ſcd̄m legis mandatū ſatiſfacere oportȝ ꝓ peccatis ꝓut in leuitico exp̄ſſe iubet. Sicut igit̄ holocauſtū ē pfectū ſacrifi ciū. ita p vota premiſſa hō pfecte deo ſatiſfacit. cui de exterioribꝰ rebus ꝛ de ꝓprio corpe ꝛ de ꝓprio ſpū holocauſtū offert. Ex quo patet ꝙ religiōis ſtatus nō ſolū pfectionē caritatis. ſed etiā pnie p fectionē cōtinet. intantū ꝙ nulla pctā ſunt tā grauia ꝓ quibꝰ poſ ſet imponi ꝓ ſatiſfactiōe religiōis aſſumptio. quaſi religionis ſta tū omnē pfectionē ſatiſfactiōis trāſcendentē. tn̄ in cōmutatiōe ſa tiſfactiōis quantūcunqȝ grauis cōſulit̄ religiōis ingreſſus. vt patȝ xxxiij. q. ij. ca. āmonere. vbi ſtephanus papa quendā qui vxorē ſuaȝ interfecerat inducit vt ingrediat̄ monaſteriuȝ. et hūiliatus ſub ma nu abbatis. cūcta obſeruet que ſibi fuerit imperata. alioquin iniun git ſibi grauiſſimā penitētiā ſi elegerit in ſeculo remanere. Igit̄ vt illi qui ſtatū religionis ad pniam p agendā ingreſſi ſunt. deo p vo ta p̄miſſa pfecte ſatiſfaciāt. holocauſtū de exterioribus rebus et de ꝓprio corpe. necnō de ꝓprio ſpū offerētes ꝓpter votū obedientie quā ꝓfeſſi ſunt. cōpetit ipſis queadmoduȝ in regula bti benedicti habet̄ voluntatē ꝓpriā odire. ꝛ alterius ſequēdo volūtatē p̄ceptis abbatis in oībus obedire. etiā ſi ipſe qđ abſit aliter q̄ȝ debet agat. memores dn̄ici p̄cepti qđ eſt. que dicūt facite. que aūt faciūt facere nolite. Qui quidē boni nō quelibet hominū ſed ipſum dn̄m hoc p̄ cipientē audiūt obediēter. ideo audiunt̄ vtiliter etiā qui inutiliter agūt. Multis itaqȝ pſunt docēdo que nec faciūt. ſed longe pleriſqȝ ꝓdeſſent faciēdo que dicūt. Doctrina enim magiſtri vel doctoris nūq̄ȝ eſt accepta quo ad mores ſaltē. niſi prius eius vita fuerit ap probata. iuxta dictū grego. ſup ezechielē. Sermo docētis dulcedinē nō habet. quē vita reproba intra cōſcientiā remordet. Itē ibidem Qui v̄bū dei loquit̄ prius ſtudeat qualiter viuat ꝛ poſtea colligat ex vita. que ꝛ qualia dicat. quia ad hoc vt ſeruet̄ veritas p̄dicandi neceſſe ē vt teneat̄ altitudo viuēdi. ¶ Pro oībus his iā dictis atqȝ dicēdis. filios obediētie mee ꝛ oēs ac ſingulos ad quos forte p̄ſens tractatulus puenire contigerit. rogo in viſceribus xpi. ꝛ in caritate nō ficta. hoc ſentire ī ſe qđ ꝛ in xp̄o ieſu. vt ſicut ꝓ nobis exinaniuit

ſe formā ſerui accipiēs. ſic ſe ꝓ xp̄o humiliēt in obſequiū ſeruitutis vt exhibeāt corpus ſuū hoſtiā viuā ſanctā deo placentē. vt tota eo rū ſenſualitas a ratōe abſorpta ſpūi ſubijciat̄ ad ſeruiēdum deo vi uenti. Senſualitas ē mulier ad quā d̄r. Et ad viꝝ erit ꝯuerſio tua. Tota itaq; rō humiliet̄. tot⁹ intellect⁹ captiuet̄ in obſequiū chriſti. Indixiſtis ꝓprie carni bellū. ꝯtendētes nō eē qd̄ eſtis. ⁊ recuperan tes fortiter qd̄ in prima origine ꝑdidiſtis. vt rapiatis ꝑ violētiā re gnū celoꝝ. ⁊ intrudatis vos ī hereditatē ſctōꝝ. Cū ſamaritana reli quiſtis ydriā ꝯcupiſcētie. ⁊ in vobis ſpūalē veſtrā hiericho deſtru xiſtis. Sicut ſcriptū ē. Maledictus qui reedificat hiericho. Tu igit̄ cariſſime frater q̄ te dediſti ꝓfeſſione monaſtice. manū tuā miſiſti ad fortia. vtere ꝯſilio ſapiētis. ⁊ neceſſe in cōpedes pedē tuū. ne ac cideris a vincul̄ ei⁹. Recolas q̄ꝛ vir obediēs teſtimonio ſapiētie lo quit̄ victorias. dū de diabolo ꝑ obediētie bonū de mōdo ac de ſeipo triumphat ī xp̄o. Sine oī exceptōe. ſine oī murmuratōe faciat regu le ꝓfeſſoꝛ qd̄ iniungit̄ ſibi. Quid v̄o vl̄ quale vel quātū ſit qd̄ iniungi tur nō diſcernat. alioq̄n p̄ſumit comedere d̄ ligno ſciētie boni ⁊ ma li. Nihil ergo diſcernat. Sit indiſcret⁹ vt intelligat. ſit ſtult⁹ vt ſa piat. nec reputet iniurioſū. ſi q̄nq; correctōe ꝯtriſtet̄ aut verbere. qui ꝑ inanē leticiā imoderatius frequēter ſe recolit exceſſiſſe. Ois diſci plina in p̄nti amara ē. ſ; in futuro facit fructū pacatiſſimū iuſticie. Lenteſcēs ī via dn̄i a paſtore ſuo duri⁹ increpari ſuſtineat. ſtercori bus enī boum lapidādus ē piger. Qui ergo ſpū dei ducit̄ cu; equa nimitate ſuſtineat corripientē magiſtꝝ. ⁊ ſi dura ſunt ei que audit. reputet ſe durioꝛib⁹ eſſe dignū. Impunitas equidē eſt negligētie fi lia. ꝯtumacie mater. radix pc̄ti. nutrix inobediētie ⁊ ꝓprie voluntā tis. mortis eterne p̄ambula. p̄paratrix inferni. Per impunitatem ſubditoꝝ malicia ꝯualeſcit. Per hāc ī ſuis ſtercoꝛib⁹ miſeri cōputre ſcunt. atq; pc̄tōꝝ ſuoꝝ bibētes vrinā gloriant̄ cum malefecerint et exultāt in rebus peſſimis. Sana prelati ꝯſilia ⁊ mādata. ac terribi lia dei iudicia v̄ba reputāt. nec mortis eterne ſupplicia timent. do nec ꝑnicioſo nimis expīmēto cognoſcāt ꝑ interminabiles cruciat⁹ qd̄ obediēdo acquieſcere aut timere noluerant. Ponite ergo corda

veſtra ſup̄ vias veſtras. ne ſitis terra ꝓxima maledicto. quā percutiat dn̄s ſpū oris ſui. Iudicabit eni dn̄s fines terre. et hominē in ſuis opibus comp̄hēdet. cū ſingulari tn̄ diſtrictiōe fiet iudiciū de religioſis ⁊ clauſtralibus. quos deus ſegregauit in hereditatē ſibi. Vn̄ ipſe dicit leuitis in figura religioſorū. Eritis inquit ſcti mihi quia ego ſanctus ſum. ⁊ ſepaui vos a ceteris pplis vt eſſetis mei. Curemus igit̄ cariſſimi vt quales hūano ore et iudicio dicimur ac reputamur. tales ī oculis dei veraciter ſimus. atq; in iudicio extremo inueniamur. Nā cū in iudicio xp̄s corpus ſuū exhibuerit ꝓ ſalute noſtra ſuſceptū. ꝓ noſtra abſolutōe dāpnatū. ꝓ noſtroꝝ vulnerū medicina clauis ⁊ lancea pforatū. atq; allegauerit hec oīa ſe paſſuꝫ vt nō eſſet nobis obedientia laborioſa. quid erit qn̄ ꝯtra nos liuores et cicatrices in accuſationē ⁊ dāpnationē noſtre inobediētie ⁊ pertinacie ꝓferent. Hec petrus bleſen̄. in epl'a ca. xiiij. Predicta petri bleſen̄. ſcripta ſctūs effrē dyaconus cōfirmat dicēs. In futuro iudicio ſecularis hō interdū excuſationē obtinet. vtpote qui in ſeculo ē colligatus. Nos aūt quid dicemus. in quibus nos deuinctos fuiſſe cauſabimur. Timēdū eſt ac tremēdū ne forte qui hic nos ꝯſtitutos laudibus efferūt. illic nos ſubſannare incipiāt. et qui nos hic beatificāt. illic nos ſil'iter exprobrēt. Sicut eniꝫ imēſa gloria monachis pfecte obediētibus ⁊ deo ſcd̄m regule ſue inſtitutionē fideliter ſeruientibus. eiq; coherētibus in futurū ꝓmittit̄. ita pene grauiſſime p̄parāt his qui tepidi eā negligēterq; fuerint executi. ⁊ ſcd̄m hoc qd̄ ꝓfeſſi ſunt vel ab hoībus eſſe credūt fructus ꝯgruos ſanctitatis eidem exhibere neglexerint. qr maledictus hō qui facit opus dei negligenter. Et tm̄ de ſcd̄o mēbro primi principalis.

¶ Qd̄ ꝓpria voluntas nocet ꝓprio ſubiecto ca. iij.

Dicebam tertio q᷑ ꝓpria volūtas nocet ꝓprio ſubiecto. id eſt ei in q̄ eſt. hoc multiplicit̄. ¶ Primo aufert ei dei beneficia. Vn̄ greg⁹. Dignū eſt vt ab eius beneficijs quilibꝫ ſit extraneus. qui eius iuſſiōibus nō vult eſſe ſubiectus. Sed qui p̄lato ſuo dei vicario non obedit nec deo obedit vt ſupius dictū eſt. Vn̄ beatus bernardus dicit. Quicquid vice dei precipit hō qd̄ cer

tum non eſt diſplicere deo. omnino ſic accipiendū eſt ac ſi pcipiat deus. ¶ Secunda ꝓprie voluntatis mala condicio eſt ꝙ penā habet. Unde beatus benedictus in regula deſcribēdo ſcḋm humilitatis gradum dicit. Secundus humilitatis gradus eſt. ſi quis ꝓpriā non amans voluntatem deſideria ſua non delectetur implere. ſed factis imitetur vocem illam domini dicentis Non veni facere voluntatem meam. ſed voluntatem eius qui miſit me. Itē dicit ſcriptura. Voluntas habet penam. ⁊ neceſſitas parit coronam. id eſt voluntas vtiqꝫ ꝓpria habet penam. et neceſſitas dei voluntatem faciendi et prelati ſubaudis parit coronam. Hoc autem ad iuſtam dei legem pertinet. vt qui non vult ſuauiter ab eo eiuſqꝫ vicario regi penaliter a ſeipō regatur. quiqꝫ ſponte iugum ſuaue ⁊ onus leue caritatis ⁊ obedientie abijcit ꝓprie voluntatis onus portet inuite Juſſiſti domine ait quidam ⁊ ſic eſt. ꝙ omnis inordinatus anim⁹ ſibiipſi pena eſt. Res neceſſaria iſta neceſſitas ſcilicet faciendi voluntatem alterius que parit coronam. De hoc in policratico libro viij. ca. xxiiij. ſic pulchre ſcribitur. Mundus inobedientie filijs plenus eſt. eo ꝙ in tanta multitudine hominū pauci ſunt qui non famulent ꝓprie voluntati. ſed laborioſe voluntatis nexibus non implicit aut nulli aut pauciores ſunt. De loco voluptatis excluſus ē homo ex quo. inobedientia preualuit. eo ꝙ vita iocunda et trāquilla frui non poteſt cum cepit voluntas ꝓpria dominari Maluit facere qḋ libuit qꝫ qḋ iuſſus eſt. ⁊ ꝓiectus in locum miſerie in terrā laboris miſſus eſt. vt ei ⁊ ſemini ſuo terra ſpinas ⁊ tribulos germinaret. ⁊ in ſudore vultus comedat panem ſuum qui in rectitudine voluntatis obediens ſine difficultate ⁊ labore plenam poterat habere voluptatem. Si quidem ad neceſſitatem ⁊ voluptatem parata inuenerat omnia. Vultus autem dicitur a volendo. ⁊ ſudor eius laborem ⁊ anguſtias indicat corrupte ac ꝓprie volūtatis. Hec ibidē Nō ergo ꝯtēpnam⁹ frēs. ſemē modicū ē ꝓpria volūtas. ſꝫ magnus exinde fructus conſurgit. Semen omniū malorū ꝓpria voluntas. obediētia vo extirpauit illud. Qui nouit obedientiā nouit portā ꝟtutū. ipſius ignarus regni viciorꝫ ē ciuis. Si ab īobediētia ſūt ma

la viſibilia ⁊ inuiſibilia ſimul exorta. certū eſt obedientiā bonorum omniū eē germē. ¶ Tercio ꝑpria volūtas ei in q̄ ē aufert fortitudinē reſiſtēdi carnis vicijs ⁊ tēptatiōibus ⁊ oꝑandi v̄tutes. Vn̄ btūs euſebius vbi ſupra. Dubiū nō ē q̄ vires inobediētib⁹ diuinit⁹ ſubtrahūt. Idē dicit btūs bernard⁹. Qui ſuo ducit̄ arbitrio. diuino caret ꝯſilio et auxilio. In cui⁹ rei figura ſaul q̄ ꝯtra p̄ceptū ſamuelis ſacrificiū obtulit. ⁊ agag regi et pinguib⁹ ꝯtra p̄ceptū dn̄i ꝑcere voluit. fuit a dn̄o reprobat⁹ ⁊ debilitat⁹ ad reſiſtēdū philiſteis. primi regū. xiiij. Siꝉiter ofni ⁊ phinees q̄ noluerūt obedire voci heli patris ſui. fuerūt a philiſteis īterfecti. q̄ꝫq̄ꝫ p̄ñtē habuerūt archā dei primi regū. iiij. Ecōtra v̄o obediētes victoriā vicioꝝ ⁊ tēptationū in mūdo ꝑ mercede recipiūt. et exultationē ī celo. Iuxta illud ꝓuerbioꝝ. xxj. Vir obediēs loquet̄ victorias. Et eiuſdē. xix. Filius v̄bū cuſtodiēs extra ꝑditionē erit. Obediētie aſcribit̄ victoria. Nō enī dicit ſalomon vir prudēs loquet̄ victorias. vel vir doctus. ſed vir obediēs loquet̄ victorias. ſcꝫ de diabolo carne ⁊ mundo. De q̄ pulchra habet̄ figura Nūeri. xxj. vbi legit̄ q̄ iſrl̄ nō potuit vincere ſeon regē amorreoꝝ. donec vētū eſt ī iaſa. Iſrl̄ vir vidēs deum viꝝ clauſtralē ſignificat. Seon rex amorreoꝝ deſignat diabolū. q̄ ſeon īterpretat̄ eleuat⁹. Iaſa interꝑtat̄ impletio mādati. Iſrl̄ ergo amorreorū regē nō ſuꝑat. donec ventū eſt ī iaſa. q̄ vir clauſtralis niſi ꝑ impletionē mādatoꝝ ſui p̄lati de diabolo nō triūphat. Vn̄ naum primo vnicuiq̄ꝫ religioſo vt ſaluus eē poſſit ab inimicis ſuis tēptatoribus ꝯſulit̄. Redde iuda vota tua. et nō adijciet vltra vt ꝑtrāſeat ꝑ te belial. id ē diabol⁹. Votū enī noſtꝝ principale ē ipſa obedientia Sed neq̄ꝫ de carne ſua ꝑ caſtitatē religioſus quiſq̄ꝫ triūphare poterit niſi v̄tute obediētie. Vn̄ aug⁹. Si ſꝑ aīa ſtaret ſub dn̄o ſuo. ſꝑ et caro obediret aīe dn̄e ſue. Noli ergo mirari ſi ea ſcꝫ aīa que deſeruit ſuꝑiorē idē deuꝫ. penas patit̄ ꝑ inferiorē ſcꝫ carnē. Idē de ciuitate dei li. v. ca. xiij. Poſtq̄ꝫ inquit p̄cepti facta ē trāgreſſio ſcꝫ a primis parētib⁹. ꝯfeſtim gratia deſerēte diuina. ſenſerūt nouū motū inobediētis carnis ſue tāq̄ꝫ reciprocā penā inobediētie ſue. Iaꝫ quippe aīa q̄ ſuꝑiorē dn̄m ſuū ſuo arbitrio deſeruerat. inferiorē famulum

ad ſuum arbitrium non tenuerat. Idem ait yſidorus libro primo ꝺ ſummo bono. Non erit inquit caro ſubiecta anime. nec vicia rationi. ſi animus non eſt ſubditus creatori. Et caſſiodorus ſuper pſalmū centeſimūquartū. Celis viciſſitudo recipit. vt qui amanti dn̄o ſeruire noluerint. odientibus inimicis iuſto iudicio ꝓbarentur eſſe ſubiecti. ¶ Quarto ꝓpria voluntas euacuat merita eius in q̄ eſt Unde cum quidā murmurarent contra deū dicentes. quare ieiunauimus ꝛ neſciſti: humiliauimus animas noſtras ꝛ non aſperiſti. reſponſum eſt eis ideo. quia in diebus ieiunioꝝ veſtroꝝ inueniuntur voluntates veſtre. Ecce cariſſimi videmus per inobedientiā animoꝝ opera non reſpici. ieiunia nō audiri. vota non ſuſcipi. Unde bernardus. Grande malū eſt ꝓpria voluntas. qua fit vt bona tua bona non ſint. Quāobrem dicit etiaꝫ euſebius omelia. v. ad monachos. Illum diem tm̄ vixiſſe te computa. in quo voluntates ꝓprias abnegaſti. in quo deſiderijs reſtitiſti. queꝫ ſine vlla regule tranſgreſſione duxiſti. Cogitemus q̄ꝫ dura ꝛ dolēda nimis condicio ſit omni intentiōe ſtudiū laboris impendere. ꝛ fructum non recipere poſt laborem. Si enī nos de vigilijs de orationibus de celebrationibus reuertentes inobedientie paſſio. ſed ſpiritus inuidie ſi conſuetudo obtrectatiōis excipiat zyzania tritico miſcuimus. qꝺ videbamur congregare diſperſimus. ſpem meſſis auibus feriſqꝫ donauimus. ac ſic laborem totius diei ꝛ noctis vno momento effudimus et verificatur in vnoquoqꝫ noſtrū illud Michee. vi. Tu ſeminabis et non metes. tu calcabis oliuam ꝛ non vngeris oleo. ꝛ muſtū ꝛ nō bibes vinum. Si deſieris inquit dominus per yſaiam extendere digitū in opere. ꝛ loqui qꝺ non ꝓdeſt. ꝯcludit tandē. cibabo te hereditate patris tui iacob. Itaqꝫ vt idē ait qui vult tute eſſe opera ſua vel recta in ꝯſpectu dei. nihil obediētie preferat. nihil penit⁹ anteponat. ſiue ſenior ſiue iunior ſit. Obediētia in iunioribus adhuc neceſſitas ē. in ſeniorib⁹ vo dignitas eſt. Un̄ ꝛ in policratico libro. vij capi. xij. ſcribitur. Non eſt qꝺ diſpliceat deo vbi ſincere volūtatis victima īmolatur. aut qꝺ eum non offendat ſi in qualibet pingui oblatione ꝓpriam ei quis ſubtraxerit voluntatem. Ergo qui ſuam

voluntatē facere diſponit deū irritat. ⁊ qui ſua poſtpoſita illius ſe ſubijcit volūtati altiſſimū placat. In abnegatōe ſiquidē ꝓprie volūtatis ſola vere religiōis ſūma ↄſiſtit. Vn̄ moyſes in leuitico. Ois oblatio que offert̄ dn̄o abſq̧ fermēto fiet. nec q̄cq̄ȝ fermēti aut mellis adolebit̄ in ſacrificio dn̄i. Supbie nāq̧ fermētū offert̄ ⁊ mellis. cū q̄s neglecta hūilitate ⁊ amaritudine p̄ceptoꝝ quippiā offert ad nutū ꝓprie volūtatis. Qui v̄o p̄ceptis p̄lati ꝓpriā ſubijcit volūtatē. quicq̄d offerat tumore fermēti ⁊ mellis ſacrificio ꝓhibitā exclu dit dulcedinē. Igit̄ verus obediēs dāpnū ſuū maximuȝ eſtimat. ſi lentiū patris id ē cū nil opis ſibi iīūgit. ⁊ nihil ſe feciſſe arbitrat̄ agi tatus a ꝓpria volūtate. Ipſe nāq̧ p̄latus q̊tiēs ſubditoꝝ p̄electā ꝑficit voluntatē. aliquā margaritā cadere facit de eoꝝ corona. vt d̄r libro. x. de geſtis dn̄i ſaluatoris. Ideoq̧ dicit expoſitor climachi dili gētiſſimus monachoꝝ exhortator. Nūq̄ȝ ait ſuſcipias euȝ qui tibi ſubditus eſt dicentē tibi. Da mihi licentiam ad tale opus exequen dum Manifeſtum quia ſeductus propriā perficit volūtatem. et deceptus atq̧ illuſus meritū corā deo obediētie ꝑdit. ¶ Quito inobediētia ſiue ꝓpria volūtas illū in q̄ ē ponit ī multiplicē afflictionē et tēptationē. iuxta illud q̄d ſcribit̄ Deuteronomij. xxvi. Niſi cuſto dieris ⁊ feceris oīa v̄ba deuteronomij hui⁹. augebit dn̄s plagas tu as ⁊ ſeminis tui. Vn̄ ſaul inobedientē malign⁹ ſp̄us exagitauit. primi regū. xvi. Et q̄rto li. d̄ geſtis dn̄i ſaluatoris d̄r. Ois inobediēs circū cludit̄ a diabolo. filij q̄ȝ iſrl̄ quotiēſcūq̧ nō obedierūt moyſi ⁊ aarō fuerūt multipliciť afflicti. vt patȝ in exodo ⁊ in li. numeroꝝ. Cōtra hoc viciū ꝓprie volūtatis ⁊ inobediētie pulchre ī figura ↄſulit̄. primi machabeoꝝ. ij. Dixit mathathias filijs ſuis Ecce ſymon frater veſter ſcio q̄ vir ↄſilij ē. ipm̄ audite ſp̄ ⁊ ipſe vobis erit pr̄. Obediētia q̄ppe ē boni ↄſilij. q̄r ꝓpriā volūtatē que ē via ad infernū docet mortificare. ⁊ p̄lati volūtatē que ē via ad celū implere. Mathathias nāq̧ interpretatur donum dei. ⁊ deſignat clauſtralem. qui dono dei a peccato ſurrexit. et ſe deo per votum obedientie donauit. Hic cunctos filios ſuos. id eſt omnia opera ſua regere debet et operari ſc̄dm̄ conſilium prelati cui obedientiam promiſit. Sicut eni aurū

ſuperductū nobilitat omne metallum. ſic obedientia opera religio
ſi. ¶ Sexto ꝓpria voluntas hominē a deo ſeparat. Vnde euſebius
omelia quinta de reſurrectione domini. Qui ſequitur inquit pro:
prias voluntates et per paſſiones ſuas capitur. exul a deo efficitur
Ideo etiam dicitur in libro de geſtis ſaluatoris quo ſupra. Via re
cta ad celum obedientia. omnes alie ad inferos penetrāt. Dico au
tem ad ꝓpriam voluntatem dominari volentem. Vade retro ſa
thanas. meqꝫ perpetuo deo cōiunctum ſine vlteriori vexatione re
linque. ¶ Septimo ꝓpria voluntas hominem in quo eſt diabo
lo coniungit. Vnde bernardus. Ve qui contra ꝓfeſſionem ſuam
ꝓprio non ꝑlati ſui vult ſe regere magiſterio. Fedus iniit cū diabo
lo. imo qđ plus eſt origenes dicit Nihil referre inter demoniacum
et alium paſſiōibus ſuis agitatū. Et addit iohānes gerſon cancel
larius pariſienſis dicens. ꝙ peior eſt paſſionatus demoniaco. Nā
demoniaco ſua vexatio tm̄ pena eſt. que alteri ad culpam deteſta
bilem imputatur. Item ſicut demoniacus nō ſentit nec intelligit
paſſionem ſuam. ita inobediētia ſcđm ſententiā euſebij vbi ſupra.
obdurat animū quem ſemel ceperit. vt ad ſuſcipiēda precepta nec
auctoritate nec ratiōe flectatur. ſed qđ peſſimū eſt ſibi ſoli credat.
et ꝓ omni ratione ſuam intentionem ſequatur. ⁊ hoc ſolū rectum
putet. qđ obdurato corde conceperit. ſimilis ei effectus de quo ſer
mo diuinus pronunciat. Itinera inſipientium recta in conſpectu
eorum. Et micheas ꝓpheta ca. vij. Malū manuū ſuarū dicunt bo
num. ¶ Octauū malum ſiue dāpnū qđ ꝓpria voluntas ſeu inobe
dientia homini facit in quo eſt. eſt ꝙ ei ignem in inferno cōſtituit.
vt in eo eternaliter ardeat. Vnde bernardus. Quid inquit ardebit
in inferno. niſi ꝓpria volūtas. Tolle ꝓpriā voluntatē. ⁊ infernus
nō erit. ¶ Nonū malū eſt ꝙ hominē ꝯfundit. Oſee q̄rto. Confun
det̄ iſrl' in volūtate ſua. Et yſaie. xlv. Cōfundent̄ oēs qui repugnāt
ei. ¶ Decimū malū eſt ꝙ hominē in errorem inducit. Vnde clima
chus. Quemadmodum non habens ducem licet ſit valde prudēs
in via leuiter errat. ita et qui ſua voluntate et ꝓprio arbitrio pre
ſumit per ſe viam monaſticā pergere. q̄zuis omnē mūdi ſapientiā

nouerit leuiter perdit. Hieronim⁹. Nulla res abſqꝫ magiſtro diſci tur. etiā muta aīalia ⁊ feraꝝ greges ductores ſequūt ſuos. grues vnā ſequūt ordine litteratorio. i naui vn⁹ gubernator. in domo vn⁹ dn̄s in q̄uis grādi exercitu vni⁹ ſignum expectat. Vn̄ ⁊ ſeneca epl'a. xlij. In oī republica debet vn⁹ principari. ne inter eos fiat diuiſio. Eſt igit̄ bonū obedire maiorib⁹ ſcðm hieronimū. ⁊ poſt ſciētiā ſcriptu raꝝ vite ſue tramitē ab alijs diſcere. Poſſet deus oēꝫ viā certificare de ſuis placitis ꝑ occultas reuelatiōes. abſqꝫ eo ꝙ hō hoī ſubderet̄. ſꝫ hūilitas fruſtra eēt in ordine v̄tutū. Nā hūilitas eſt matꝛ̄e obedi entis. ¶ Undecimū malū inobediētie ē. qꝛ facit ꝙ oratio ei⁹ in q̄ ē a deo nō exaudit̄. Vn̄ ille cecus nat⁹ a xp̄o illumīat⁹ dixit. Si quis dei cultor ē ⁊ facit ei⁹ voluntatē. hūc exaudit. Iſidorus. Non impe trat a deo bonū qđ quis poſcit. qui ei⁹ legi non obedit. Si v̄o qđ deus p̄cipit facim⁹. id qđ ab eo petim⁹ ſine dubio obtinemus. Et thomas de aquino. Nihil maius pōt homo dare deo q̄ꝫ ꝙ ꝓpriā voluntatē ꝓpter ip̄m alteri⁹ ſubijciat voluntati Et in ſumma vir tutū đr. Multū glorificat deū verus obediēs qui facit beneplacitū dei. cū deus hoc ei mādat ꝑ vilē ꝑſonā. ⁊ tanto eſt gloria dei maior quāto ꝑſona illa ē vilior. ¶ Duodecimū ē ꝙ ꝓpria volūtas beſti ficat hoīem in q̄ ē. id eſt facit hoīem beſtiā corā deo. Vn̄ libro quar to de geſtis ſaluatoris đr ſic. Sequi ꝓpriā voluntatē ⁊ ſententiam ſui ſenſus ꝓprij nimis approbare. atqꝫ eam preponderare ſenten tijs ſeniorum omnino eſt beſtiale. Qui beſtialitati obedit eideꝫ eſt ſubditus. diuorciatus ab hoībus habētibus rationē fructus pecoꝝ cenobita. Et ergo talis abominabilis eſt corā deo ⁊ hoībus. Iux ta illud pſal'. Corrupti ſunt ⁊ abominabiles facti ſunt in volūtati bus ſuis. ꝓut allegat btūs benedictus in regula ſua. Sicut enī fru ctus delectabilis ⁊ ſpecioſus extrinſecus. putridus v̄o intrinſecus. ſic monachus pertinax. ⁊ in ſenſu ſuo ac voluntate proprietarius. ¶ Terciūdecimū eſt ꝙ mori cogit eternaliter eum in quo eſt. Vn̄ hieronimus ſup illud pſal'. Vos autē ſicut hoīes moriemini ſic di cit. Melius habet̄ in hebreo. vos aūt ſicut adā moriemini. Sicut adā pat' veſter noluit audire p̄ceptū ⁊ cecidit. ita ⁊ vos inobedien

tes moriemini. Ite͂ ide͂ de eode͂ verſu. Vides quia qui ho͂ eſt mori tur. Deus eni no͂ morit̃. Et ada͂ q̃ʒdiu ſeruauit p̃ceptu͂ ⁊ deus fuit. no͂ mortuus e͂. Ita verus obedie͂s ſc͂dm anima͂ mori non po͂t. Ide͂ hieronimus etiam ꝑtracta͂s illud pſal. octogeſimiſc͂di aduerſum te teſtame͂tu͂ diſpoſuerũt tabernacula ydumeoꝝ et hyſmahelite ſic di cit. hyſmahelite interp̃tant̃ obedie͂tes ſibi. hoc e͂ quodcu͂qꝫ habu erit cor ⁊ mala cogitatio ſtatim faciũt. Nos aute͂ no͂ debemus ſequi voluntate͂ noſtra͂. nec dici hyſmahelite hoc eſt obedientes ſibi. ſed hyſmahel hoc e͂ obedie͂s deo eiuſqꝫ vicario. quia qui ab obedientia͂ declina͂t hoc operant̃ qd͂ ⁊ demo͂es. qui no͂ diuine volũtati ſubijci. ſed ꝓpria voluerũt volũtate abuti. ¶ Quartũdecimu͂ eſt ꝙ homi ne͂ etia͂ in p̄n̄ti inferni pena͂ ſentire facit. Vn̄ dicit venerabilis ka therina de ſenis in reuelatio͂ibus ſuis. Studeat oi͂s religioſus vere p̃ſcindere a ſe venenu͂ ꝓprie volũtatis ⁊ ſenſualitatis que ducit in dubita͂ter ad morte͂ eterna͂. imo ꝓprie volũtatis poſſeſſores cruce͂ diaboli porta͂t amaritudine͂ inferni. etia͂ in p̄n̄ti vita deguſtantes ¶ Quintũdecimu͂ malu͂ ꝓprie volũtatis ⁊ inobedientie eſt ꝙ ho͂i in quo e͂ patibulu͂ in inferno edificat. quia ꝓpria volũtas furtu͂ eſt quo religioſus tollit ſe ei cui ſe voto ſpontaneo tradidit in ꝓfeſſio ne. Vn̄ beatus bernardus i͂ meditatio͂ibus ſuis. Tu te dediſti p̃lato tuo in ꝓfeſſio͂e ꝓpter regnu͂ celoꝝ. ⁊ iam no͂ es tuus ſed eius cui te ve͂didiſti. ⁊ ideo nihil licet tibi de te agere ſine eius volũtate. Ipſe eni eſt dn̄s tue volũtatis. Et ꝯtractio rei aliene dn̄o inuito furtu͂ e͂ Ipſi rectores noſtri vicarij dei ſunt ſuꝑ nos. ⁊ nos debem⁹ eis obe dire ſicut dn̄o deo. no͂ vt ho͂ibus. quia no͂ ꝓpter ipſos ſꝫ ꝓpter deu͂ ſubicimur eis. Sitis alterius ait ap̄lus ad romanos. vij. vt fructifi cetis deo. ¶ Sextadecima mala ꝯdicio volũtatis ꝓprie ſiue inobe dientie e͂. ꝙ aduentu͂ ⁊ p̃ſentia͂ impedit ſp̄us ſancti. que͂ qui no͂ ha bet no͂ eſt de diſcipulis ieſu. iuxta illud ad romanos. viij. Si quis ſpm̄ xp̄i no͂ habet. hic no͂ e͂ eius. Vn̄ bernardus. Soli ſuo ſpu͂. id e͂ ꝓpria voluntate vacui ſpm̄ ſanctu͂ recipiunt. Vn̄d͂ in figura dicit̃ pſal. regum. xvij. ꝙ ſp̄us dn̄i receſſit a ſaul. ¶ Deniqꝫ vt magis ab hoc peſſimo vicio retrahamur. nos qui religioſiores ceteris mona

chis dicimur. ꝛ alios de vicio ꝓprietatis iudicamus ſcire debem⁹. ꝙ poſſeſſio ꝓprie volũtatis ē maior ꝓprietas q̄ȝ poſſeſſio pecunie etiā dr verior apoſtaſia q̄ȝ depoſitio habit⁹ ꝛ diſceſſio a mõaſterio qr obediētia magis ē de ſubſtātia ꝓfeſſiõis q̄ȝ habit⁹, aut loc⁹ ſicut dicit doctor libri de ſũma viciorꝝ. ¶ Fructuoſum igit̃ in poſterꝝ p ceteris arbitror hic ponere ĩ forma argumētũ venerabil̃ et glorioſi doctoris magiſtri iohãnis gerſon cãcellarij piſieñ. ꝯtra quedā monachũ ꝑtinacē in volũtate ꝛ ſenſualitate ꝓpria. q̄ ꝓbat ipſũȝ furē ſacrilegũ ꝛ raptorē. qr ꝑ ꝯtumaciā ꝛ ꝑtinaciā ſenſus ꝓprij tollit ſe p̄lato cui ſe voto tradidit. Dicit ergo ſic p̄dictus magiſter ꝑ epl̃am ad quedā ꝑtinacē ĩ ſuo ſenſu mõachũ ꝓfeſſũ ꝛ inobedientē. Gratia ꝛ pax. De ore tuo te iudico ſerue nequā. Si hoc dixit ĩ ꝑabola dñs de ſeruo nõ multiplicāte licȝ reddēte talētũ. quid dictur⁹ ē de ſeruo diſſipāte ſimul ꝛ negāte talētũ. Tal̃ ē inobediēs ille ꝓfeſſus. ſit clericus ſit laic⁹. qui ꝓpriā ſpũs ſui voluntatē acceptā a deo cauſa lucrādi vite theſaurꝝ eterne. dedit illā in mãu ſuꝑioris ſui dicēs. Suſcipe me ꝛ viuā abba pat̃. in manus tuas cõmēdo ſpm̄ meũ. qm̄ fidens ĩ te ꝛ diffidēs de me do illũ tibi aditura ꝛ ſaluus ero. Nunc tu quiſquis es ꝓfeſſ⁹. hoc mõ vel ſit̃i. q̄ patri cui⁹ ē volũtas tua dono tuo. imo voto ſpõtaneo pri⁹. nũc ĩ neceſſitatē vſo patere recuſas. q̄ ꝯtra ſtimulũ calcitrare p̄ſumis. īterrogabo te paucula. q̄ten⁹ ex ore tuo te iudicet ꝯſciētia tua. Interrogo te nõ dicā ſerue nequā. ſȝ fratrē ꝛ ꝯſeruũ in xp̄o cariſſimũ agēs in ſpũ lenitatis ꝛ inſtruēs iuxta monitionē apl̄i ꝛ xp̄i. cupiēs te ſaluum eē ab errore vie deuie. qm̄ oīs inobediētia deuiat a via vite. ad quā q̄ reduxerit ꝛ ꝯuerterit peccatorē. opit multitudinē pctõꝝ. iterrogo te ſi memineris ꝓfeſſiõis tue ꝛ ſi penitet te feciſſe. Procul abſit hec ingratitudo a ſpũ tuo. procul ꝛ tal̃ obliuio. Porro ſi memineris et approbas. interrogo q̄s ſapiētior ꝛ potior interpres erit ꝓfeſſiõis hui⁹ qualiter obſeruāda ē aut ſuꝑior pater tuus matie cũ ꝯſilio ꝯuetus. aut tu ſubditus et vnicus. ꝛ vt fert̃ laicus. Si te tuũqȝ dixeris preferēdũ p̄ponēdũqȝ iudicium erras intollerabiliter. neqȝ ē q̄ talē non aſpernaret̃ ꝓtinus arrogantiā ſubſannās ꝛ dicēs. Quis põt hunc audire. Certe puto ꝙ

pudet te etiã auditu tuo hec interrogatio prima. Interrogo dein
ceps. putaſne patrẽ. imo ⁊ patres tuos ita malignantis eſſe nequi
cie ꝙ in male conſulendo ſaluti tue vellent ſe ſimul ⁊ te perire. Ex
clamabis arbitror ad hanc interrogationem cachinnans et reni:
tens rugata fronte. Longe ſit hec inſania a me pauperculo ydeota
ſubdito peccatore. vt de ſanctiſſima ſuperiorum meorum probatiſ
ſimaqꝫ ſapientia tam ſacrilege deſipiam. Euigila nunc ⁊ perſpice
ſi non breui raciuncula ꝓtinus ex ore tuo te iudico. qui iuſſus hoc
et illud facere tu non obedire perſeueras. Si enim ſuperior tuus ſa
pientior eſt in cognoſcendo precepta regule quam profeſſus es. ſi
preterea credis ꝙ nollet ſe dampnare dum tibi precipit obedire.
quid obniti potes. quid excuſationis afferre ſuper inobediẽtia tua
ne dicam pertinacia. Sed dices forte demiſſis oculis ⁊ facie humi
deiecta. ſi non omnis pudor a te abceſſerit. ſi nõ attrita iam fron
te meretricem mutaris dicens. Volo virtuoſus eſſe et domino per
afflictiones abſtinentiamqꝫ placere. exemplo priorum ſanctorum
nominatim iohãnis baptiſte. Sentio fortitudinem corporis mei
ſcio ꝙ ieiuniũ a vino non erit in grauamine mihi. Ecce frater re
cedis iam a conceſſis prioribus. Tu iudicium tui prefers omni al
teri. quaſi ſi dicat infirmus ⁊ inſanus medico ſuo. Cognoſco meli
us diſpoſitionẽ meam q̄ꝫ tuipſe. ſcio qualiter mihi obtemperandũ
dum non eſt regulis artis tue. ¶ Aggrediar te nunc altera via duri
ore vt ex ore tuo te iudicem ſi pertinax eſſe decreueris non tantum
modo ſeruum nequã. ſed vel hereticum apoſtatam. vel de hereſi et
apoſtaſia vehementer ſuſpectum. ita tamen ſi deperditio iudicij
rationis per cerebri leſionem tibi non fuerit excuſationis ſubſidiũ.
quo caſu non iam argumentis theologic. ſed fomẽtis medicine opꝰ
erit. Dixit dñs noſter ieſus xp̄s ad oẽs in eccleſia prelatos loquens
ad perſonas apoſtoloꝝ ⁊ diſcipulorum. Qui vos audit me audit.
⁊ qui vos ſpernit me ſpernit. Credis hoc. Credis. ſi catholicus es.
Scio preterea ꝙ ſuperiores ſunt et prelati tui patres ordinis ſan
cti. in quo ⁊ ſub quo profeſſum te negare non potes. aut ſi negas
erras in facto ⁊ ꝯuinci teſtibus potes. imo verberibus ⁊ carceribus

coerceri. Alioquin fas eſſet exemplo ſimili ⁊ pernicioſo cuilibꝫ pro
feſſo religionē ſe negare ꝓfeſſum. ⁊ impune. Ceterꝝ ſi te ꝓfeſſum fa
tearis. oportꝫ te ad obedientiā ꝯtra ꝓpriū etiā volūtatis arbitriū
teneri ligatū. Alioquin ꝯtradicis euāgelico nunc inducto p̄cepto.
qui vos ſpernit me ſpernit. Qui autem ſpernit xp̄m vtiqꝫ blaſphe
mat ⁊ apoſtatiſat. Et ſi addit ꝙ hoc licite faciat. ſe palā ī hereſim
p̄cipitat. ⁊ qua ſi nolit extrahi ꝑtinax ē iudicandus. ⁊ talis brachio
ſeculari relinquēdus. nedū monaſterio pellendus. Prouideat ſalu
briora deus tā etſi ita loquimur et vere loquimur. Tēptabo viam
rurſus alterā. que ſanioris ē ad morbū fomēti. Dicis vt accepi et iā
p̄tactum ē ꝙ nō ex inobediētia deſiſtere vis a potu vini ceteriſqꝫ ci
bis lautioribus ordini ꝯceſſis ſed ad v̓tutes acquirēdas ex peniten
tia. Vide queſo frater ne menciat̄ iniquitas ſibi ne ſit iſte laqueus
ſathane ſub angelo lucis. nō virtus abſtinētie in ſpū humilitatis
Itaqꝫ ſi vis vt credā tibi. oſtēde vel pauliſper obediētiā ī aliquan
tulo potu vini. necnō in alio fratꝝ edulio ſaltē pauculo. vnde non
poſſit corpus ad laſciuiā excitari. neqꝫ rigor abſtinētie perdi. Nūc
vero quale iſtud ē ꝙ abhorres a vino taliter. vt nec ꝯſuetudini ec
cleſie velis eſſe ꝯformis. que poſt ſacrā cōmunionē dat laicis pocu
lum vini tantillū. Qualis ē obſecro ſingularitas iſta. Nūquid de
radice ꝓcedit abſtinētie. ⁊ nō potius ex intimis ypocritalis demen
tie. vt dū facis qđ nemo mirent̄ oēs. ⁊ tibi laudē ſingularitatis im
pune p̄ſumas. Legimus de multis ita ſeductis. peſſimo fine termi
nantibus finē. Fuit ſctō franciſco collaudatus frater vnus qui iuſ
ſus ꝯfiteri ꝑ v̓ba noluit niſi ꝑ nutus. Tollite inquit ſctūs franciſcꝰ
figmētū hoc diabolicū. Docuit exitus ita eſſe. Dicit climachus. Si
videris aliquē qui ſibi ſit in cōmunitate ſingularis. ip̄e nō indiget
demone tēptante. quia factus ē ſibi demon. Et apud ſapientē ſcri
bitꝰ. Vidiſti hominē ſibi ſapientē videri plus illo ſpem habebit in
ſipiens. Quis v̓o plus ſibi videt̄ ſapiēs q̄ʒ ſit ille. qui iudicium ꝓ
prium p̄fert iudicio quorūcunqꝫ. At vero dicit frater iſte ſicut acce
pi nullū audiā in abſtinētia mea niſi ſolū eccleſiā. quaſi videlicꝫ ꝓ
quolibet tali ſit ꝯuocādū generale ꝯcilium. aut ſit papa ſpecialiter

adeundus.⁊ non dicat ſufficienter eccleſia.qm̄ ſupior p̄ſertim in re
tali decreuit ⁊ iubet. Eriſtimo ꝓinde ꝙ ſi mitteret̄ ad papā frater
iſte nec ſic obedire iuſſioni ſue vellet. Eſt apud narratiões patruꝫ
d quodā gloriante in abſtinētie ſingularitate Qd remediū inuene
runt patres. Ligauerunt ipm̄ tanq̄ꝫ fatuū ⁊ certe iā ipſe talis talis
erat. Cōpulerūt vti latiſſimis cibis.⁊ vino ad ſaturitatē aut nau
ſeam. Qui tandē ſanatus eſt a p̄ſumptiõe vel arrogantia ſingula
ris abſtinentie.⁊ ꝯſequenter a vanitate ⁊ ꝑiculo inſanie liberatus.
nerationis auctores. Secundā cauſam eiuſdē ponit idē in eodē libro
capitulo ſequēti dicēs. Quia maior virtus prelatis precipue ſacerdoti
bus a deo data ē q carnalibus parētibus. tātūq inter vtroſq differt.
quātū inter pñtē vitā intereſt et futurā. Alteri quippe in hāc. alteri vero
in illā genuerūt. Et illi quidē nec corporalē pñt propulſare mortem. hi
vero pituram aīarum ſaluauerūt frequēter. nō ſolū docēdo et monēdo. ſed
etiā orationibus adiuuādo. Parentes etiā naturales ſi aliquis ſeculi po
teſtates ſublimes offenderit filij eorum nihil eis pñt prodeſſe. prelati vero
parētes ſpūales ſubditorum. nō ſolū potētes et reges ſed etiā ipm deum
frequenter iratū ſua nobis interceſſione reconciliant. Per ipſos xpm
induimus. per ipſos cōiungimur dei filio. per ipſos mēbra illius bea
ti capitis efficimur. Propter quod qui hos deſpiciunt eiſq detrahunt
magis mihi videntur rei q dathan et abyron. digniq maiori ſup-

plicio. Hec criſoſtomus. Iſta eadem ſcꝫ de prelato malo honoran do etiã declarat venerabilis magiſter iohannes gerſon ita dicens. Cõtra hoc preceptũ domini ſcꝫ honora parẽtes tuos grauiter pec cant hi qui ſuis ſuperioribus quibuſcũqꝫ detrahũt aut maledicũt. Nõ enim ꝑpter maliciã aliquoꝝ miniſtroꝝ eccleſie debet a quoqꝫ fideli ſtatus prelaticus aut eccleſiaſticus diffamari aut ledi. qꝛ nõ perdit virtutem ſuam miſſa celebrata aut baptiſmus ſiue aliud ſa cramentũ ꝑpter maliciã miniſtroꝝ. Sed nec minus meretur ſubdi tus obediendo humiliter prelato indigno ꝛ malo. imo vt ſuperius dictũ eſt plus meretur huiuſmodi obediendo qꝫ bono. Sicut eniꝫ ſolem viſibilem quantacũqꝫ malicia aperientes feneſtram. et ſi ad furandum vel ad occidendum hominẽ eam aperiat. nõ ꝓhibet ab infuſione luminis ꝛ immiſſiõe radioꝝ. nec ipſum lumen ꝓhibet ma licia eiuſdẽ quominus ingrediatur ꝛ domui ſe infundat. ſic ſolem iuſticie xp̄m malicia quãtacũqꝫ miniſtri ſeu prelati miniſterio ſuo viã preparantis lumini ſue gratie. et quaſi aperientis ei feneſtram cordis eius quem baptiſat non ꝓhibet. nec lumen gratie eius quo minus intrat auertit. Sim̄i modo intellige de ceteris officijs p̄lato rum erga ſubditos. Propter hoc etiã ſic dicũnt ſtatuta ordinis car thuſieñ. ſcd̄a parte ca. xv. Si cui durũ aut graue aliquid imponere prior voluerit. repugnare phas nõ habemꝰ. ne cũ ei reſtiterimꝰ nõ ei ſed dño cuius erga nos agit vices reſtitiſſe inueniamur. Et ĩ ea dem parte ca. xxiiij. ſcribitur ſic. Cũ ab omnibus qui regulariter vi uere decreuerunt obediẽtia magno ſtudio ſit ſeruãda. ab his tamẽ deuotius ꝛ ſollicitius quanto diſtrictius aſperiuſqꝫ ſubire ꝓpoſitũ ne ſi qđ abſit iſta defuerit tanti labores non ſolũ careant p̄mio. ſed et ſuppliciũ dãpnationis incurrant. Altiſſima ꝛ angelica ẽ ꝓfeſſio carthuſienſiũ. perfectiſſima ꝛ angelica debet eſſe obediẽtia ꝛ ſubie ctio eoꝝ. Iã quia libellus claudendus eſt hoc. vos chariſſimos ĩ fi ne ipſius cõmonere volo. vt ſit ſemper ante oculos cordis veſtri for ma profeſſionis veſtre. timor dei. ignis gehenne. veſtroꝝ memoria peccatoꝝ dies mortis ꝛ recordatio paſſionũ dñi noſtri ieſu chriſti. Cõſiderate diligẽter quãto labore deſudent hoĩes. quanto ſtudio.

quanto demū non ipſius vite tm̄.ſed ⁊ periculo aīme vt tempora lia adipiſcantur.⁊ peritura congregent vbi diu permanere nō poſ ſunt.nec que poſſidentur nec qui poſſidet. Pudeat itaqꝫ filiū regni minoris ſtudij in retinenda adoptionis ſue gloria inueniri q̄ȝ filiū perditionis in coaceruandis perituris ⁊ cumulandis ſibi ſupplicijs ſemper manſuris. Pudeat eum ſereniſſimū illum vultuȝ patris ſui vl' leuiter contriſtare.qui in tantā dignatus eſt eum gloriā adopta re. Pudeat inquā eum incomparabiles paterne menſe delicias de ſerere.⁊ os paterno oſculo ſanctificatum immūdis porcoꝝ ſiliquis pollucre. Cogitet ſemper magnitudinē paterne dilectionis.refor midet quoqꝫ ſi ingratus repertus fuerit intolerandaȝ ſeueritatē pa terne indignatiōis. Appēdat ante oculos exigui laboris ineſtima bile premiū.⁊ econtrario momētanee voluptatis ineluctabile ſup plicium. Timeat tremendi iudicij futuram diſcuſſionē.in qua cuȝ memorata fuerit p̄rogata nobis dona pietatis.diſtricta aīaduer ſione exigendum eſt a nobis ⁊ debitum condigne ſeruitutis. Cōme morabuntur ante tribunal iudicis dignitas conditionis.gloria di uitie ſimilitudinis.caritas redēptionis.effuſio precioſi ſanguinis. adoptio filiorum.ꝑmiſſa beatitudo regni celorū. Cōmemorabunt̄ et adimplēda precepta collata ſubſidia.hoſtis imbecillitas noſtra deſidia. O quanta tunc erit confuſio trepidante conſcientia. Heu q̄ȝ amara heu q̄ȝ ſera heu q̄ȝ infructuoſa tūc erit de p̄terito tempo re penitētia. O ſi modo liceret vultum illum confuſionis noſtre in ſpicere. O ſi modo liberet diſtrictionem illam emēdatiōe vita mi tigare. Tunc accuſante ꝯſciētia nullus erit excuſator. nūc correcta vita nullus erit tunc accuſator. Vos igitur genus electū progenies ſancta ſtirps regia.vt filij dei filij charisſimi.digne deo digne tan to patre cōuerſamini.vt tunc leti eum ſicut patrem excipiatis.cui nunc filiali affectu deſeruitis. Non eſt filioꝝ adueniente patre tre pidare aut latebras querere.ſed exultante ſpiritu certatim in occur ſum ruere.ſingulos vt prius ipſe occurrat anhelare.cupide ample cti.affectuoſiſſime deoſculari.atqꝫ immenſum de dulciſſimi patris aduentu gaudium occurſu geſtu plauſu oſculis atqꝫ amplexu teſta

ri. Tales filios tam pios tam deuotos tam ſedulos benigniſſimus
ac ſereniſſimus. pater paterna hylaritate excipit. ⁊ in vnū innume
ros amplexuz. in flexis latius vlnis colligit. dulceſqꜫ filios ad ſacra
tiſſimū pectus aſtringēs blanda manu blandoqꜫ affectu demulcet
dicēs Nunc filij mei. nūc chariſſimi mei. nūc benedicti patris mei
gloria regni mei mecū ꝓfruimi. nunc adoptiōis vr̄e quāta ſit digni
tas agnoſcite. ⁊ qđ flendo ſeminaſtis gaudentes metite Jam labo
res veſtri ⁊ luctus tempora curſore velocius abierunt. ſed refrigerij
veſtri ⁊ gaudij tempora me manente abire non poterūt. Quia igi
tur hylariter impleſtis que precepi percipite liberaliter que ꝓmiſi
Jn illa die diuini vultus ſplēdore illuſtratus homo agnoſcere po
terit gratia dei que ⁊ quāta circa ſe fuerit. Et quoniā nihil in ſe di
gnū tāta largitate inueniet. eternas largitori gratias referet. qui vi
uit ⁊ regnat per omnia ſecula ſeculoꝝ Amen.

¶ Explicit liber qui dicitur ſpeculum ſubditoꝝ.

Incipit ꝓlogus libri ſequentis qui dicitur ſpeculū ſacerdotū.

Quia vt ait flos doctoꝝ. Auguſti. Nemo in eccleſia
amplius nocet. q̄z ſi peruerſe agens ac male viuēs.
nomen vł ordinē ſacerdotis habet. verificaturq̄ ni
mis p̄ſenti in tempore illud dictū Ambroſij in quo
dam ſermone. Ex inordinata inquit ꝛ indiſciplina
ta multitudine ſacerdotū hodie ꝯtemptui dat̄ noſtre redemptiōis
venerabile ſacramentū. Nam qui debuerāt eſſe vicarij apoſtoloꝝ
et filij petri. facti ſunt ſocij iude ꝛ p̄ambuli antixp̄i. Quem ſecutus
Criſoſt. ſup matheū omelia. xxv. ſic dicit. Multi ſacerdotes ꝛ pau
ci ſacerdotes. multi in noīe ꝛ pauci in opere. Legē dei nec ſciūt nec
diſcunt. vacantes ocio cōmeſſationibus et ebrietatibus ſtudēt. ter
renis inhyant. terrena ſapiūt. aſſidui in plateis. in eccleſia rari. tar
di ad inueſtigandū culpā peccatoris. parati ad querēda veſtigia le
poris. velociores ad ꝯgregandos canes q̄z ad vocandū pauperes.
libentius porrigunt panē cani q̄z paupi. Hi ſunt quoꝝ thalamus
ornatior eccleſia ſua. menſa paratior altari. cibus calice precioſior.
equus carior miſſali. camiſia pulchrior ꝛ delicatior alba. Nō eſt iā
dicere vt populus ſic ſacerdos. q: nec ſic populus vt ſacerdos. Ho
die qđ ꝛ flens dico euenit ꝙ oſee ꝓpheta ꝯquerendo deplorat ꝛ di
cit. Multiplicauit populus altaria ad peccandū. facte ſunt eis are
in delictū. Verbū quippe grego. eſt. Qui xp̄i corpus indigne ꝯficit
chriſtū tradit. vt chriſtus dū tradit̄ dicat. Ecce manus tradētis me
cū eſt in menſa. Idcirco paucula ex diuerſis ꝯſcripſi in preſenti ſpe
culo. qđ ſpecialiter ſacerdotes edificet ad ſalutē ꝛ inflāmet ad emē
dationē. Rogo autē in viſceribus xp̄i vnūquenq̄ huiꝰ ſpeculi lecto
rem. vt oret ꝓ lectore. vt vtatur ſalubriter queſitis cum labore alie
no. ꝛ gaudeat de inuentis ſuis labore ꝓprio. Profiteor nāq̄ ꝙ om
nia que in p̄ſenti quinquipartito ſpeculo vł forte alibi ante vnq̄z
conſcripſi. nō ex agro ꝓprio. id eſt ex copia ingenij ꝓprij. ſed exem
plo ruth. que agrū intrauit alienuz. vt ſpicas colligeret poſt terga
metentiū. ego pauꝑculus diuerſas ſanctorū auctoritates tanq̄z ſpi
cas de diuerſis libris non ſine labore collegi. ꝛ que ex diuerſis lectio

nibus congeſſi in diuerſos tractatulos ſingularibus titulis annota
tos diſtinxi ⁊ ordinaui. melius enī diſtincta ſeruant̄. Per has autꝫ
modicas ſpicas agrū fertilē originalium libroꝝ nō deſpicias lector
optime. Improuidus enim eſt qui neglecto igne ꝑ ſcintillas ſe niti
tur calefacere. ⁊ qui ꝯtempto fonte. per roris guttas ſitim conatur
extinguere.

¶ Incipit ſpeculum ſacerdotum. j. ca.

Angeloꝝ eſca nutriuiſti populū tuū Sapiētie. xvj. Circa
que verba notandū eſt ꝙ per manna in ſacra ſcriptura fi
gurat̄ ſingulariter eukariſtie ſacramentū. Sicut enim filij
iſrael per deſertū trāſeuntes verſus terrā eis a dn̄o repromiſſam ta
li refocillabant̄ alimēto. ita nos per mundū ad celū pergētes corpo
ris ⁊ ſanguinis xp̄i quotidiano viatico recreamur. Vocatur autꝫ
merito panis angeloꝝ. tā ꝓpter ꝯficientes eukariſtiā q̄ꝫ ꝓpter ve
ſcentes. Conficiūt aūt iſtud ſacramētū ſolūmodo ſacerdotes. ſicut
patet in decretis diſtinctiōe. xxv. ca. Ecce. Sacerdotes v̄o in ſcri
ptura ſacra angeli nominant̄ Juxta illud ſc̄de ad corinth. v. Muli
er debet habere velamē ꝓpter angelos. Gloſa ꝓpter reuerentiā ſa
cerdotū qui nuncij dei ſunt Juxta illud malachie. ij. Labia ſacer
dotis cuſtodiunt ſcientiā. ⁊ legē requirūt ex ore eius. quia angelus
dn̄i exercituū eſt. Ratio huius denominatiōis metheforice ē. quia
ſacerdotē decꝫ angelū in duodecim ꝯditionibus imitari. que ī iſtis
verſibꝰ ꝯtinent̄. Paſcit ⁊ hortat̄ ducit vehit excitat arcet. Orat con
gaudet. punit laudat ſine ſumptu. ¶ Prima ergo oꝑatio angeli cir
ca nos ſc̄dm ordinē iſtoꝝ verſuū eſt paſcit. Cuius exemplū habemꝰ
tercij regū. xix. vbi legimus ꝙ angelus detulit panē ⁊ aquā ad heliā
dormientē ⁊ famelicū dicēs. Surge inquit ⁊ comede. grandis enīꝫ
tibi reſtat via. Iſto mō moraliter loquendo ꝓpriū officiū ſacerdo
tis eſt paſcere populū in v̄bo ⁊ exemplo ⁊ tēporali ſubſidio ſi poſſit
Vn̄ petro ſignanter dictū eſt ter paſce paſce paſce Johannis. xxj.
Bis aūt dictū eſt ei paſce agnos meos ⁊ ſemel paſce oues. ad innu
endū differētiā doctrīe neceſſarie iuuenibꝰ ⁊ ſenibus. Senibꝰ nāq̄
ſimplex admonitio ſufficit. iuuenibus v̄o opus eſt tā verbis q̄ꝫ ver

beribus vt debite doceant. Aliter tñ iſtud dicit̃ expoſuiſſe quidam nouicius. arguẽs q̈ iuuenes frẽs debẽt refici bis in die. ⁊ ſenibus cõuenit ieiunare. ⁊ iõ pie dixit xp̄us petro bis paſce agnos meos. et ſemel paſce oues meas. ¶ Sc̈da opatio quã angelum legimus circa nos exercere ẽ exhortari. Cuius exẽplũ habemus mathei. ij. vbi legimus q̈ angelus dñi apparuit in ſomnis ioſeph dicẽs Surge ⁊ accipe puer ⁊ matrẽ eius ⁊ fuge in egyptũ ⁊c. Hanc opationẽ imitat̃ ſacerdos ſana ꝯſilia priuatim ſuggerẽdo. ¶ Tercio tenet̃ ſacerdos ducere ꝑ bonã et aptã ꝯuerſationẽ. exẽplo raphaelis tobie. v. Ego inquit angelus eũ ducã et reducã ad te. Et ſicut victoria exercitus ẽ gloria boni ducis. ita ſctitas populi attribuit̃ pro merito ſacerdoti. Vñ criſoſt. de dignitate ſacerdotali li. iij. Vñ agẽte populo vnuſquiſq ꝓ merito ſuo remunerabit̃. ſacerdos aũt ꝓ bonis omniũ. Habebit eni ꝓ ꝓprijs bonis aureã ꝓ alienis aureolã. Hec criſoſt. Et ideo ſcd̃m eundẽ criſoſt. ſup mathеũ omel. xxj. ſacerdos ẽ in populo ſicut radix in arbore. ⁊ ſicut ſtomachus in corꝑe. Queadmodum inquit cũ videris arborẽ pallẽtibus folijs marcidã. intelligis quia aliquã culpã hʒ circa radicẽ. ita cũ videris populũ indiſciplinatũ ⁊ irreligioſuꝫ. ſine dubio cognoſce q̈ ſacerdotiũ eius nõ ẽ ſanũ. Hec criſoſto. Sed ſcd̃m pliniũ in li. naturalis hiſtorie. et yſidoꝝ. xx. ethimologiaꝝ ca. iiij. Salamãdra ẽ ſerpẽs quidã. cuius veneno int̃ alia venena maxima vis ẽ. Hoc ſi trũco vel radici arboris irrepſerit. oĩa poma eius intoxicat ⁊ oẽs ramos. Reuera iſto mõ diabolus q̃ mõ ſalamãdre ſp viuit ĩ igne. radices eccleſie. i. ſacerdotes ſic intoxicat et inficit his diebus. q̈ oẽs rami eccleſie ab eis pctĩ venenum aſſumunt. Vñ ad romanos. xj. Si radix ſctã ⁊ rami. Et ꝑ oppoſituꝫ ſi radix ẽ infecta. ⁊ rami erũt nociui. Vlterius dicit criſoſ. q̈ ſacerdos ẽ in grege ſicut ſtomachus in corꝑe. Queadmodũ inquit medicus qñ primo ingredit̃ ad infirmũ. ſtatim ꝺ ſtomacho eius interrogat ⁊ eũ cõponere feſtinat. q̃ ſi ſtomachus ſanus ſit totũ corp⁹ validũ ẽ. ſi aũt diſſipatus fuerit totũ corpus infirmũ ẽ. ita ſi ſacerdotiũ integꝝ fuerit tota floret eccleſia. ſi aũt corruptũ fuerit. oĩm fides marcida ẽ ⁊ infirma. Sicut ſtomach⁹ accipiẽs cibũ coquit ipm ĩ ipſo. ⁊

ꝑ totū corpus diſꝑgit. ſic ſacerdotes accipiūt ſciētiā ſermonis ꝑ ſcripturas ex deo. ⁊ excoquētes eā in ſe. i. tractātes eā et meditātes apꝺ ſe. vniuerſo populo ſubminiſtrāt. Et infra. Sicut ī corpe ſi aliqꝺ mēbrū fuerit infirmatū. nō oīno languet ⁊ ſtomachus. ſi aūt ſtomachꝰ lāguerit oīa mēbra inueniūt infirma. ſic ſi aliqs peccauerit xpianorū. nō oīno peccāt ⁊ ſacerdotes. ſi aūt ſacerdotes fuerit in pctīs. totꝰ populus ꝯuertit ad peccādū. Et iō dicit yſidorus in de ſummo bono. Sacerdotes dei ꝓ eoꝝ ſcꝫ ſubditoꝝ iniqtate. dānant. ſi eos aut ignorātes nō erudiāt. aut peccātes nō arguant dicēte dn̄o ad ꝓphetā. Speculatorē dedi te domui iſrł. Si non fueris locutus vt cuſtodiat ſe a via ſua mala. ille ī iniqtate ſua morieť. ſanguinē vo eius ꝺ manu tua requirā. In policratico li. vij. Nihil ſic erit ſtudioſū imperatorib9. ſicut ſacerdotū honeſtas. cū vtiqꝫ ꝓ illis ipſi ſp deo ſupplicēt. Ibidē. Profecto indignꝰ ē ſacerdotio. niſi fuerit ordinatꝰ inuitus. ¶ Quartus actus angelicus ſcðm pdictos vſus ē vehere. i. trāſportare. Deferūt eni angeli boni aīas bn̄ morietiū in celū. Iuxta illud luce. xv. Factū eſt aūt vt moreret mēdicus. ⁊ portaret ab angel͛ in ſinū abrahe. Sic ſacerdotes angelici ꝺ terrenis deſiderijs ad amorē celeſtiū tranſferūt penitētes. qn̄ eis ꝯfitendo pctīs priſtinis moriūť. Iuxta illꝺ prime petri. ij. Pctīs mortui iuſticie viuamus. ¶ Quītus actꝰ angelicꝰ ē excitare. Iuxta illꝺ actuū. xij. Angelꝰ dn̄i aſtitit ⁊ lumē refulſit in hītaculo carceris. ꝑcuſſoqꝫ latere petri excitauit eū dicēs Surge velocit͛ Erat aūt petrꝰ dormiēs int͛ duos milites vinctꝰ cathenis duabꝰ. Petrꝰ dormiēs ī carcere ē pctō irretitus mala ꝯſuetudīe. Iacet int͛ duos milites vinctꝰ cathenis duabꝰ. ⁊ duo cuſtodes aū oſtiū cuſtodiūt carcerē Duo milites moralit͛ ſūt mors ⁊ demō. mors inſidiať corꝑi. demō inſidiať aīe Due cathene. amor delictādi ⁊ pudor reuelādi Duo cuſtodes ne hō ꝯfeſſiōis oſtiū exeat. ſt pſūptio venie ⁊ ꝯfidētia vite ꝓlixe. Huic aſtare dꝫ ſacerdos angelꝰ ⁊ eū corripiēdo excitare. ꝑcutere nō palpare. ¶ Sextus actꝰ angelicꝰ eſt arcere demonū ptātē. ſicut fecit raphael ꝺ aſmodeo qui ſuffocauerat ſeptem viros ſare Tobie. v. Conſimilit͛ ſacerdos arcere debꝫ oēs malos ꝑ cenſuras eccleſiaſticas. demones etiā ꝑ adiuratiōes ſa

eras ne noceant bonis viris. ¶ Septimus actus angeli eſt orare. Unde legimus actuū.xvj. q paulo per viſionē apparuit angelus ī ſpecie viri macedonis dicens. Tranſiens macedoniā adiuua nos. Qui dicitur fuiſſe macedonibus ꝓpoſitus. qui eorū a paulo ſupplicauit ſalutē. Sic ſacerdos pro ſalute populi orare tenet. ¶ Octauo angelus congaudet penitentibus de peccatis. Iuxta illud luce.xv. Gaudiū eſt angelis dei ſuꝑ vno peccatore penitentiā agente. et ſic penitentia populi gaudiū deb3 eſſe boni ſacerdotis. ¶ Nono angelus punit Iuxta illud tercij regū.xxiiij. Venit angelus dñi ꝛ ꝑcuſſit in caſtris aſſyrioꝝ centū octoginta quinq3 milia. Sic ſacerdotum eſt ſententias excōmunicationis ꝯtra ꝯtumaces ꝛ rebelles fulminare. ¶ Decimo officiū angeloꝝ eſt deū laudare Iuxta illud yſaie.vj. Clamabant alter ad alteꝝ et dicebant. ſanctus ſanct9 ſctūs dñs deus exercituū. Hoc etiā ſacerdotibus dinoſcit̄ cōuenire. Iuxta illud eſdre.iij. Steterunt ſacerdotes in ordine ſuo vt laudarēt dominū. ¶ Undecimo ꝛ vltimo angelus eſt ſine ſumptu. ſicut pat3 in angelo Tobie.v. qui magne fuit vtilitatis ꝛ parui ſumptus. Conſimiliter ſacerdotes relicta cupiditate temporaliū. de decimis ꝛ oblatiōibus tm̄ viuant. Similiter cū ſpiritualia miniſterialiter largiunt̄. nihil ꝓ eiſdē recipiāt ꝓ mercede. ne ſymonie vicio maculēt. ¶ Ubi notandū q angeli habēt quattuor ꝯditiones in quibus ſacerdotes eos conuenit imitari. Sunt eni3 īmateriales ſiue ſubſtantie ſeparate. intellectuales pleni ſciētia ꝛ veritate. ſunt motores orbiū ꝛ rectores hominū. ¶ Primo ergo angeli ſunt īmateriales. ſpiritus eni ſūt ꝛ carnē ꝛ oſſa non habent. Et tales debēt eſſe ſacerdotes ꝑ ꝯtinentiam ꝛ caſtitatē. vt motus paſſionū carnaliu3 non ſequant̄. In cuius figura dictū eſt petro. Caro ꝛ ſanguis nō reuelauit tibi Math. xvj. Marbodus libro ſuo de lapidib9. ca.iij. dicit de allectorio quattuor. Primo quia lapis ille non generat̄ niſi in gallis caſtratis. Secundo extinguit ſitim. Tercio q reddit hominē honorabilē. Quarto q reddit hominē diſertū. ¶ Moraliter loquendo iſte lapis deſignat ꝯtinentiā clericalē. que non inuenit̄ niſi in his qui ſe refrenāt a carnis deſiderijs. ꝓpt̄ meritū vite eterne Iuxta illud mathei.xvj

Sunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt ꝓpter regnum celoꝝ. Hec virtus extinguit ſitim fomitis carnis infecte. ⁊ illicita deſideria carnalis ꝯcupiſcētie. In cuiꝰ figura ſcribit̄ ſapientie. x. Data ē illis aq̄ de petra altiſſima. et requies ſitis de lapide duro. Lapis durus eſt ꝯtinētia. durū eſt eni ꝯtra ſtimulos carnis calcitrare. Hec virtus facit hoīem venerabilē. ſicut ꝑ oppoſitū incōtinētia facit hoīem ꝯfuſibilē. Vn̄ ſcribit̄ iudith. xiiij. Vna mulier hebrea fecit ꝯfuſionez in domo nabuchodonoſor. Hec v̄tus ſcꝫ ꝯtinētia reddit hoīez diſertū id eſt eloquentē. ⁊ acceptū in loquēdo tā in oratōe q̄ꝫ in p̄dicatiōe Et ꝑ oppoſitum ſacerdotes infames de incōtinētia nec digni ſunt orare ⁊ p̄dicare. Sunt igit̄ primo ſacerdotes īmateriales ⁊ ſubſtantie ſepate ſicut angeli. In cuius figura dicit̄ ꝺ nathan Eccleſiaſtici. xlvij. Et ſurrexit nathan ꝓpheta et quaſi adeps ſepatus ē a carne. Et ꝺ talibus ꝓbis angelis dicit̄ in pſal̄. Facit angelos ſuos ſpiritus. ¶ Scd̄o angeli ſunt intellectuales pleni ſcientia ⁊ veritate. et ſacerdotes dei pollere debēt ſciētia ſacre ſcripture. Et ideo cōuenienter eſt ſancitū extra de magiſtris. et ne aliquid exigent ꝓ licentia docēdi. ⁊ ꝙ magiſter in theologia ſꝑ in metropoli habeat̄. q̄ doceat ſacerdotes. Oēs autē tā cathedrales eccleſie q̄ꝫ alie in quibus ſuppetūt facultates. doctorem habeāt in grāmatica. qui clericos eccleſie gratis inſtruat et etiā alios iuxta poſſe. Hec ē ſn̄ia illius capituli. ⁊ eadē quaſi capitulo. Qm̄ in eccleſia. Conſuetudo gallicana habet ꝙ magiſtri debēt inſtitui ꝑ ſingulas eccleſias cathedrales et eis bn̄ficia aſſignari qui paupꝫes gratis doceāt ⁊ informēt. Et ideo ſignāter dicit̄ aggei. ij. ca. Interroga ſacerdotes legē. Sup qꝺ dicit hieronimus. Cōſidera ſacerdotē eſſe de lege interrogatos reſpōdere, ſi ſacerdos ē ſciat legē dn̄i. Si ignorat legē dn̄i. ipſe ſe arguet nō eſſe ſacerdotē dn̄i. Vn̄ malachie. ij. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiā. ⁊ legē requirēt de ore eius. q: angelus dn̄i exercituū eſt. ¶ Tercio ſunt motores orbiū a quibus cauſat̄ ⁊ generat̄ quicquid inter generabilia ⁊ corruptibilia ꝓcedit ad eſſe. Sic officiū ſacerdotū eſſe deberet mouere nobiles ⁊ potētes. quoꝝ virtute regunt̄ ſubditi ad cultū dei. Figurā huius habemus iohānis. v. de angelo qui deſcēde

bat ſcd̃m tempus in piſcinam ꝛ mouebatur aqua. ꝛ qui primus de-
ſcendiſſet in piſcinam poſt motionez aque. ſanus fiebat a quacũqꝫ
detinebatur infirmitate. ¶ Moraliter piſcina multe aque eſt perſo
na magne potentie. In hanc deſcendit ſacerdos vel curat⁹. quãdo
eius conſcientiã examinat ꝺ delicijs. mouet aquam quãdo limitat
ſuam potentiam ad regulas diuini iuris. ¶ Quarto angeli ſunt re
ceptores hominũ ꝛ cuſtodes ſcd̃m ſanctos. Et eodem modo ſacer
dotes ꝛ curati. qui ꝑ ſubditoꝝ animabus habent corã deo reſponde
re. Iuxta illud pſal. Angelis ſuis mandauit de te. vt cuſtodiãt te in
omnibus vijs tuis. Sed ꝓch dolor his diebus verificatur nimis di
ctum beati iob. Ecce qui ſeruiũt ei. id eſt deo nõ ſunt ſtabiles. et in
angelis ſuis repperit prauitatẽ Iob. iiij. ca. Sunt enim quidam de
modernis ſacerdotibus angeli ſathane per diſcordiam. angeli apo
ſtatici per ſuperbiã. angeli incubi per luxuriã. angeli abyſſi ꝑ aua
riciam. ¶ Primi ſunt angeli ſathane per diſcordiã. Sathan eniz in
terpretat̃ aduerſarius. ꝛ tales de omi briga aduerſitate ꝛ diſcordia
ſe intromittunt. conſpirant prelia. ingrediunt̃ pugnas et exercẽt la
trocinia. vt nec vix ſit inuenire comitiuã predonũ quin habeãt cõ
ſortium ſacerdotũ. Iſti ſunt ſimiles ſacerdotibus baal de quib⁹ ter
cij regũ. xviij. dicit̃ ꝙ incidebant ſe cultris ꝛ lanceolis vſqꝫ ad ꝓtra
ctionẽ ſanguinis. Demones enim multũ gaudent de effuſione ſan
guinis humani. Quilibet talis figurat̃ per angelũ de quo ꝓuerbio
rũ. xvi. Semꝑ malus gurgia querit. angelus autẽ malus mittet̃ cõ
tra eũ. ¶ Scd̃o aliqui ſacerdotes ſunt angeli apoſtatici ꝑ ſuperbiã
Iuxta illud eccleſiaſtici. x. Initiũ ſuꝑbie homis apoſtotare a deo.
Hi ſunt ſimiles ſacerdotib⁹ dagon. de quib⁹ primi regũ. v. ca. dicit̃.
ꝙ nõ calcãt ſacerdotes dagon. ꝛ oẽs qui ingrediũt̃ tẽplũ dagon ſuꝑ
limen tẽpli. Limẽ ſuꝑ qd̃ calcat̃ ꝑfectionẽ deſignat hũilitatis. ſuꝑ
qd̃ ſtabiliter ſtãt viri ſcti. Iſtud limẽ nõ calcãt ſacerdotes ambitio
ſi ꝛ ſuꝑbi. qui ad p̄lationes maiores ꝛ altiores aſpirant. ꝯtinue adu
lant̃ regib⁹ ꝛ principib⁹. ꝛ eos infatuãt ac finaliter decipiũt. Sic de
ceptus fuit anthiochus rex ſyrie in tẽplo nanee. cõſilio deceptus ſa
cerdotũ nanee, ſicut dicit̃ primo machabeoꝝ. ¶ Tercio ſacerdotes

moderni ſunt incubi p luxuriã. Jncubi vel incubones ſcd̄m yſido-
rũ octauo ethimologiaꝝ ca. vlti. in fine a romanis dicunt̃ fauni. et
ſunt vt credit̃ demones corpa humana ſibi iungentes. ⁊ ſic mulieri-
bus ſe immiſcẽtes. ⁊ ſicut demones incubi dicunt̃ nõnunq̃ȝ genera
re gigãtes. ita ſacerdotes ꝓpter vehemẽtiã voluptatis gignũt com
muniter pingues groſſos ⁊ corpulẽtos. Hi pñt dici ſacerdotes pria
pi vel beelphegor. Fuit enĩ ydolũ moab ſup mõtẽ fogor. vñ ⁊ a loco
dictus ẽ beelphegor. Interp̃tat̃ aũt ydolũ ignominie. ⁊ repñtabat
priapũ. quẽ latini dicebãt deũ hortoꝝ. Fuit enĩ iuuenis q̃dã de lap
ſato ciuitate heleſponti. quẽ ꝓpter magnitudinem mẽbri virilis ex
pulſum de lapſato. in numeꝝ deoꝝ greci lubrici trãſtulerũt. ſcd̄m yſi
doꝝ. viij. ethimologiaꝝ. ca. xj. Huc viliſſimũ deũ excolũt nõ pauci
religioſi ⁊ ſacerdotes moderni. diſcipuli illius maligni angeli. de q̃
loquit̃ apoſtolus ſcd̄e ad Coꝛ. xiij. Datus ẽ mihi ſtimulus carnis
mee angelus ſathane q̃ me colaphizet. ¶ Quarto ſacerdotes mo
derni ſunt angeli abyſſi p auariciã. Ceres nãqȝ abyſſuȝ. id eſt infer
nũ dicit̃ ptinere. Vñ ſacerdotes ceroris dediti lucris videlicet mer
cationib⁹. angeli abyſſi dici pñt imitatores illi⁹ angeli de q̃ apoca
lipſis. ix. Locuſte habebãt ſup ſe regẽ angelũ abyſſi. Tales fuerunt
ſacerdotes belis quoꝝ veſtigia nõ niſi p cineres ſunt cõperta. et iõ
iuſte trucidati Daniel. xiiij. Sic iſtoꝝ facta poſt mortẽ corpis erũt
nota. et ipſi p demeritis puniti pena ꝑpetua. ab illo qui angel' pec
cantibus nõ pepercit. ſed rudẽtibus inferni detractos in tartarum
tradidit in iudiciũ cruciãdos reſeruari. ſcd̄e petri. ij. Nõ ſic boni ſa
cerdotes. quibus dicit̃ yſaie. lxj. Vos ſcti dñi vocabimi miniſtri dei
noſtri. qr mathei. iiij. Ecce angeli acceſſerũt ⁊ miſtrabãt ei.

¶ Qđ ſacerdotes debent eſſe ſine macula. ij. ca.

Leuitici. xxj. ca. ſcribit̃ ſic. Sacerdos qui habuerit maculã
nõ offeret panes deo ſuo. nec accedet ad miniſteriũ eius.
Sapia enĩ que ẽ fili⁹ dei cũ ſit ſpecioſior ſole vt dr̃ ſap. vij. mũdũ re
q̃rit hoſpitiũ. Refert greg. nazãzen⁹ ꝙ cũ ipe iuueis ſtudereȝ atheis
appuerũt ei i viſiõe due pulcre puelle. ⁊ accedẽtes ꝓpi⁹ ruerũt i ei⁹
amplex⁹. ipe vo vtpote caſt⁹ erubuit ⁊ amirat⁹ nõ modicũ ait Que

nam eſtis vos. Nos inquiūt ſumus due puelle tibi admodū famili
ares ⁊ dilecte. Ego enī ſum caſtitas ait vna. ⁊ ego ſapientia ſubiun
git altera. Et venimus ad te volentes tecum o caſtiſſime iuuenis
habitare. quia tu nobis in corde ⁊ corpe tuo ſanctū habitaculū pre
paraſti. Sapientia enim in animas ſanctas ſe transfert. ⁊ immūdū
habitaculum deteſtatur. In cuius rei figura legitur exodi. xix. Vbi
moyſes filijs iſrael recepturis legē precepit vt veſtimenta lauarēt
et a mulieribus abſtinerent. Cū enim teſte pſalmiſta. lex dn̄i ſit im
maculata. ⁊ eloquia dn̄i caſta. diuina ſapientia īmaculatū et caſtū
requirit diſcipulū. Ideoq̧ hugo de ſancto victore in didaſcolicon
ait. Inlaudabilis eſt ſapientia quā vita maculat impudica In cu
ius figura ſcribit̄ primi regū. xxi. ꝙ achimelech ſacerdos anteq̄ȝ pa
nes ꝓpoſitiōis dare꞉ dauid ⁊ pueris eius. queſiuit an mūdi eſſent
pueri. ſaltim a mulierib⁹. In quo myſtice datur intelligi. ꝙ qui de
ſiderat a ſummo ſacerdote chriſto pane ſapientie ⁊ intellectus ciba
ri. ſtudere debeat caſtitati. Vnde ⁊ auguſ. narrat puerū quendam de
geometria interrogatū reſpōdiſſe tanq̄ȝ illius peritiſſime diſcipli
ne. In ſeptimo quoq̧ de ciuitate dei dicit. ꝙ ſocrates inter philoſo
phos primus philoſophiā conuertit ad mores. cū oēs ante illū ma
gis naturalibus intenderint. Hoc aūt ideo fecit ſocrates teſte augu
ſtino vt deprimētibus libidinibus. exoneratus animus. ad noticiaȝ
diuinoꝝ aſcendere poſſȝ. vbi tāq̄ȝ in puro fonte omniū reꝝ cauſas
inſpiceret. Vn̄ ſicut oculus corpalis clare videre nō poteſt ſi fuerit
lippus. vel ſordibus pulueris plenus. ita ad hoc ꝙ ocul⁹ cordis ſpi
ritualis ſincere diuinā ſapiām ꝯtēplet̄. oportȝ vt ab humore carna
lis ꝯcupiſcētie depuret̄. Vn̄ hieronimus epiſtola. lxx. ad ruſticū mo
nachū. Ama inquit ſcientiā ſcripturaꝝ. ⁊ carnis vicia nō amabis.
¶ Itē pōt eſſe dubiū vtꝝ ceteris paribus plus peccet vir adulterā
do q̄ȝ ſacerdos in fornicādo. Et dico ꝑ nūc ꝙ ceteris paribus ſacer
dos plus peccat. Rō eſt q꞉ ſacerdos vouit ſolēniter ꝯtinere ab om̄i
muliere. et totaliter ſe deo dedicauit. vir v̄o vxoratus iurauit fideli
tatē mulieri. ⁊ ad oppoſitū ſe totaliter obligauit. ſi vxor velit id eſt
ad oppoſitū actū. ergo ſacerdos ſe magis elongauit ab actu carnis

qꝛ vouit ſe nūq̄ȝ cū aliqua fornicari. Jtē magis ſolēniter vouit q̄ȝ ꝯiugatus iurauit. qꝛ votū ſuū eſt ſolennizatū p̱ ſacrū ordinē. qđ eſt ſacramētū maxime reuerentie. ſicut oēs clerici ⁊ laici ꝯfitent̄. ⁊ certi tudinaliter eſt ve℞ ꝙ illud ſacramentū directe ⁊ īmediate applicat hominē ad ꝯſecrandū corpus xp̄i ve℞ in ſacramentū altaris. qđ eſt maximū. qđ in hac vita homini pōt cōmunicari. ¶ Sed ꝯtra non plus tenetur ſacerdos q̄ȝ ſubdyaconus. qꝛ qn̄ factus fuit ſubdyaco nus. vouit ꝯtinentiā ſolenniter ⁊ nunq̄ȝ poſtea. Hic dico duo. Pri mo ꝙ quotienſcūqȝ ſubdyaconus poſtea ordinatur totiens đ facto ꝓteſtatur ſe approbare votū ſolennizatū in prima ſuſceptiōe ſacri ordinis. Vn̄ ſacerdos facit tres atteſtationes đ obſeruanda ꝯtinen tia. ¶ Secūdo dico ꝙ ſubdyaconus etiam magis peccat fornican do ceteris paribus q̄ȝ coniugatus adulterando. Cui⁹ ratio eſt quia votum ſuū eſt ſolēnius ꝓpter ſacramentū qđ ſuſcepit. ⁊ ꝓpter finē ad quem ex tunc applicatur. Probare autē ꝙ ordo ſacerdocij ſit ſo lennius ſacramētū q̄ȝ matrimoniū reputo ſup̱uacuū. Jſtam ſolu tionē de fornicatione ſacerdotis ⁊ adulterio cōiugati ſatis cōfirmo per ca. xxvij. q. c. Sicut bonū. et ca. Propoſito. Jn primo capitulo dicitur. ꝙ vidue vouentes caſtitatē ſiue ꝯtinentiā. ⁊ votū frangen tes peccant grauius q̄ȝ adulteri. qđ tamē apparet eſſe falſū. Sed pōt reſpōderi ꝙ illud capitulū loquit̄ de illis viduis. que primo vo uerunt caſtitatē ⁊ poſtea contrahunt matrimoniū. ⁊ poſtea quādo ſunt vidue. ite℞ illud votū frangunt fornicando. ⁊ hoc eſt grauius q̄ȝ ſimpliciter vouere caſtitatē et poſtea fornicari. ve℞ eſt quia hec eſt intentio primi canonis ⁊ alterius capituli Propoſito. Vn̄ vter qȝ canon loquit̄ đ vouētibus caſtitatē ⁊ poſtea ꝯtrahētib⁹. Simile habet̄ de clericis fornicarijs diſtin. xxxij. ca. Eos. Sed iſtis obmiſ ſis accipio media planiora. qꝛ ſicut grauius peccat monialis forni cando q̄ȝ vxor adulterādo. ſicut dicit ſanctus auguſ. de ſctā virgini tate longe an̄ mediū. Sȝ grauius peccat ſacerdos fornicādo q̄ȝ mo nialis vel religioſus quicūqȝ in ſacris ordinibus nō ꝯſtitutus. ergo grauius peccat q̄ȝ adultera vel adulter. qꝛ ſi graui⁹ peccat q̄ȝ adul tera grauius peccat q̄ȝ adulter. ſicut in prima dubitatione dictum

eſt. Unde videtur mihi q sacerdos ſecularis ē magis obligatus ad caſtitatem q̄ȝ monachus inquantū talis ſcȝ q non ſit in ſacris or dinibus cōſtitutus. ⁊ pari ratiōe magis q̄ȝ ſanctimonialis. vel que cunqȝ religioſa. inquantū religioſa.

¶ Qd miniſtri eccleſie debent eſſe caſti. iij. ca.

Miniſtri eccleſie debent eſſe caſti propter plures rationes. ¶ Primo quia ipſi debēt deū placare. Eccleſiaſtici. xliiij. In tēpore iracundie factus eſt reconciliatio. Placare vō non poſſunt niſi placeant. Placere autē non poſſunt ſi carnaliter viuāt. Romanoꝝ. viij. Qui in carne ſunt placere deo nō poſſunt. Bernardus. Ve filijs ire qui nondū ſunt reconciliati. Reconcilia tionis aliene negociū. quaſi gens que iuſticiā fecit apprehendunt ¶ Secundo quia ipſi ſunt loco dei. ideo ipſi viuere debēt vt deus ſcȝ ſpiritualiter non carnaliter. Deus eni ſpiritus eſt Johānis. iiij Et apocalipſis. j. Vidit iohānes ſimilē filio hominis p̄cinctū ad māmillas zona aurea Similis filio hominis eſt ſacerdos vicarius xpi. qui zonam aureā continentie debet habere. ¶ Tercio quia an gelicū officiū habent. ideo puritatē angelicā habere debēt. Mala chie. ij. dicit̄ d̄ ſacerdote. q angelus domini exercituū eſt Exo. xix. Sacerdotes qui accedunt ad dominū ſanctificentur. ne percutiat eos dn̄s. Primi regū. xxj. Si mundi ſunt pueri maxime a mulieribꝰ manducēt panē. ſcȝ ſanctū Leuitici. xxj. Homo qui habuerit macu lam nō offeret deo ſuo panē. nec accedet ad miniſteriū eius. Macu la valde turpis luxuria ē. Hanc maculā dedit ſalomon in gloria ſua Eccleſiaſtici. xlvij. Itē leuitici. xxij. Hō qui acceſſerit de ſtirpe ve ſtra ad ea que ſanctificata ſunt in q̄ eſt inmūdicia pibit corā dn̄o. ¶ Quarto q꞉ oportȝ eos mūdare alios. iō oportȝ eos eſſe valde mū dos. Eccleſiaſtici. xxxiiij. ca. Ab īmūdo quid mūdabit̄. Neemie. xij. Mūdati ſunt ſacerdotes ⁊ leuite mūdauerūt populū. ¶ Quito q꞉ habēt ſpōſam nobiliſſimā ſcȝ eternā ſapiētiā que filius dei eſt. ⁊ iō facilius ſpōſa vel ꝯcubina carnali carere p̄nt. Sapiētie. viij. Hanc amaui ⁊ exquiſiui illā a iuuētute mea ⁊ queſiui eā ſpōſam aſſumere mihi. ⁊ amator factus ſum forme illius. ¶ Sexto miſtri eccleſie de

bent eſſe caſti. quia ſunt magiſtri altiſſimi. ideo decet vt ipſi ſint ꝓ
prij. Decet eni tm̄ dominū habere ꝓprios ſeruientes. qđ non eſſet
ſi mulier haberet poteſtatē in corꝑe eoꝝ. Prime ad corinthios. vij.
Vir poteſtatē corꝑis ſui nō habet ſꝫ mulier. Pſal. Ambulās in via
īmaculata hic mihi miſtrabat. Plato in thimeo. Sacerdotes ꝑditi
apud athenas ſeꝑati a cetero populo manebāt. ne ꝯtagiōe aliqua
eoꝝ caſtitas pollueret. Exodi. xij. Cōmeſturis agnū paſchalē dicit
renes veſtros accingetis ꝑ abiectionē immūdicie ⁊ aſſumptionem
mūdicie. Grego. Nulla bona ſunt cetera. ſi occultis iudicis oculis
caſtitatis teſtimonio non approbant. Hieronimus. Quacūq; vir
tute polleas. quibuſcūq; operibus niteas. ſi cingulo caſtitatis care
as. omnia per terram trahes. De luxurioſis ſacerdotibus dominus
per ezechielem dicit. Coinquinabar in medio illoꝝ. Ecce quāta
ſacerdotū coinquinatio. cū ille qui ſine macula eſt dicat ſe ab illis
inquinari. Hieronimus. Corpus xpi polluit qui ante altare pollu
tus accedit. Mundami ergo q̄ fertis vaſa dn̄i. imo q̄ eſtis vaſa dn̄i.
vt in vaſis. i. in cordibus veſtris mūdis ipm̄ qui ē candor lucis eter
ne. ſplendor glorie ⁊ ſpeculū ſine macula ſumatis.

¶ Qualem oporteat eſſe ſacerdotem. iiij. ca.

Qualē putas eſſe debere eū q̄ ꝓ toto mūdo legatōe fungit
⁊ depcat. iniqtatib⁹ oīm ꝓpiciū deū fieri nō ſolū viuētiū
ſꝫ etiā mortuoꝝ. Ego qdē moyſi et helie ꝯfidētiā huic pu
ro ſupplicationi poſſe ſufficere. Sicut eniꝫ is cui ſit cōmiſſus vni
uerſus mūdus. ⁊ q̄ ſit pat̄ oīm. ita accedit ad deū obſecrās extingui
quicqđ vbiq; pugnatū ē. diſſipari tumultū pacari oīa. ⁊ tā priuatis
malis q̄ꝫ publicis imponi finem conuenit. Itaq; tantū differre de
bet omnibus ꝓ quibus precatur virtutis eminentia. quantū ꝑcel
lit ⁊ ipſe diſtat officio. Cum vo etiā ſpm̄ ſanctū aduocauerit. et re
uerendam illam imolauerit hoſtiam. omnēq; omniū dn̄m ſubinde
ꝯtigerit. vbi illū dic mihi noſtra eſtimatione ponemus. quantū ab
illo ſplendorem poſcimus ⁊ quantam religionem. Expende enim
quales oporteat eſſe eius manus tantarum rerum miniſtros. qua
lem linguam verba illa fundentem. aut quo genere non mundiorē

et ſanctiorem animam talis ſpiritus receptricem. Tunc enim etiaȝ angeli circūſtant ſacerdoti. ⁊ tribunal atqȝ altaris locus celeſtibus virtutibus adimpletᷣ in honorē illius q̄ imolatᷣ. Qꝺ quidē ex ipſis que aguntᷣ oſtenditᷣ. Ego autē audiui referente aliquo. qm̄ p̄ſbyter quidā vite ſanctitate mirabilis. ⁊ qui reuelationes ſolet videre retuliſſet illi tale ſpectaculū ſe aliqn̄ vidiſſe. i. ſacrificij tp̄e ꝯſpexiſſe angelorꝫ multitudinē ſicut ei poſſibile erat intueri. ſtolis fulgētibꝰ circūdantē ⁊ altare coronantē. cū officio quo circa regē ſuū milites ſtare ꝯſueuerūt. qꝺ mihi facile ꝑſuaſum ē. Alter vō mihi retulit nō ab alio ſe audiſſe dicēs ſed ꝙ ipſe vidiſſet. qm̄ de hoc ſeculo recedētes qui ꝑticipes myſteriorꝫ illorꝫ in ꝯſciētia mūda fuerīt. cū efflauerint vltimū ſpm̄. ſubuehi eos alacres manibus angelorꝫ. Necdū ergo inhorreſcis ꝙ ad tale miniſteriū nitebaris me inducere. et indutum ſordidis veſtibus ſacerdotum inſerere dignitati. cum talē chriſtus ei cōuiuantium congregatione ſeparauerit. Splendore igitur vite totum illuminantis orbem. fulgere debet animus ſacerdotis. Noſter autem tantis tenebris operitur male videlicꝫ conſcientie vt incuruetur ſemper. nec ad deum ſuum cum fiducia audeat aliqn̄ reſpicere. Sacerdotes ſales terre ſunt. noſtram autem inſipientiaȝ ⁊ in omnibus ignorantiam quis queat facile ſuſtinere. exceptis vobis qui nimis diligere nos decreuiſtis.

¶ De dignitate ⁊ excellentia ſacerdotum. v. ca.

SAcerdocij autem de quo loquimur aſpice dignitatē. Agitur quidem in terra. ſed officium eius celeſtibus negocijs continetur. Non enim homo. non angelus. non archangelus. non alia aliqua creatura. non virtus ſed ip̄e ſpiritus ſanctus hoc munus inſtituit. atqȝ adhuc manentes in carne miniſterio fungi p̄ſtitit angelorꝫ. Propᷣ qꝺ oportꝫ pontificē. q̄ſi qui in ip̄o ꝯſiſtat celo. illiſqȝ v̄tutibus miſceatᷣ. ita vite ſplendore radiatum. Fuerunt quidem terribilia ⁊ horribilia etiam ea que in veteri teſtamēto ante gratiaȝ gerebantur. vtputa tintinnabula malogranata. lapides in pectore ordinati. ſuperhumerale. mitra cidaris. veſtimentum talare. lamina aurea. ſancta ſanctorū. intuſqȝ ſilentiū. ⁊ ſolitudo reue

renda. Verū ſi quis ea que ſunt in gratie ordinatōe conſideret par
ua eſſe. illa que pceſſerunt terribilia iudicabit. qđ qꝫ de lege pnun
ciatū eſt. etiā per hec verꝫ pbabit. qm̄ non ſit clarificatū id qđ cla
rificatū fuerat pp̄ter excellentē claritatē. Nam cū immolatū dn̄m
noſtrꝫ. ⁊ cū incenſo videris aſtantē ſacerdotē atqꝫ imprecantē. om-
neſqꝫ pariter pcioſo illo imbui ſanguine. adhuc te eſſe cū hoībus ar
bitraris. ⁊ non ꝯtinuo aīo trāſlatus in celos. omnēqꝫ ꝺ mente ſen
ſum carnis excludens nuda aīa ſenſuqꝫ mūdiſſimo ea que ſunt in
celeſtibus intueris. O miraculū o in nos dei beniuolētia. Qui ſur
ſum ſedet ad dexterā patris. ſacrificij tamē tempore hominū mani
bus cōtinet. traditurqꝫ lambere cupiētibus eū. ⁊ cū veneratōe com
plecti. fitqꝫ totū ſub oculis humanis. Videntur tibi hec digna con
temptu. aut talia vt poſſibile ſit cuiqꝫ ſuper hoꝝ reuerentia infla
tione mētis attolli. Vt autē altitudinē et excellentiā ſanctificatio
nis huius aliquo intuearis exemplo. Imaginarie ſub ꝯſpectuꝫ no
ſtrum adductū heliā. ⁊ innumerabilē circūſtantiū multitudinem. ⁊
hoſtiā in altari poſitā. omneſqꝫ qui aſſunt magna ſilentij expecta
tione ꝯtiſcere. ſolū vero pphetā orantē ⁊ repente flāmā de celis in
hoſtiā deſcendentē. Admirāda nempe hec ⁊ totius plena ſtuporis
Sed tranſi ex illis que nunc agunt. ⁊ non ſolū mirāda ea. ſed omnē
ſtuporē tranſcendētia videbis. Stat quippe ſacerdos nō ignē edu
cens ſed ſpiritū ſanctū diu pci incūbens. non vt illa deſuꝑ accenſa
lampas cōſumat appoſita. ſed vt aduolans gratia ſancti ſpūs ſacri
ficio ꝑ ipſum cunctoꝝ mentes accendat et ſplendidiores reddat ar
gento ꝑ ignē pbato. Hoc igitur miniſteriū ita reuerendū que deſpi
cere audebit inſania. An neſcis qm̄ humana natura nunqꝫ in ignē
talis hoſtie ſufficeret. ſed toto funditus interiret niſi magnū gratie
dei eſſet auxilium.

¶ Item de eodem. vi. ca.

Nota

Nam ſi quis introſpiciat quantū ſit hominē carni ⁊ ſangui
ni adhuc colligatū beate illi et ſimplici nature poſſe fieri
vicinū. tunc diligēter intelliget qꝫ ſacerdotes ſpūs ſancti
gratia honorare dignū ſit. Per hos quippe miſteria illa complent.

atq3 alia non his minora. tam grandibus vel ad ratione͂ ſalutis no
ſtre vel etiã dignitatis. Hi nãq3 qui terrã incolũt atq3 in ea conuer
ſant. celeſtia diſpẽſare meruerũt ⁊ ptãtẽ acceperũt. quã neq3 angel
neq3 archangelis dedit deus. Neq3 enĩ ad illos dictũ eſt. Quecũq3
ligaueritis ſup terrã erunt ligata ⁊ in celis. ⁊ quecũq3 ſolueritis erũt
ſoluta. Habẽt nãq3 ⁊ mũdi principes vinciendi aliquã poteſtatẽ. ſ3
vti hac in ſolis corpibus licet. Hoc autẽ vinculũ qđ ſacerdotib⁹ cõ
miſſum eſt. ipſam ꝯtingit animã. trãſitq3 ad celos. vt ea que opera
ti fuerint ſacerdotes deorſum. etiã deus ꝯfirmet in celis. ſentẽtiãq3
ſeruoꝝ dñs ipſe corroboret. Quid ergo reliqui ẽ ſi eis oĩs cõmiſſa ẽ
ptãs celoꝝ. Quorũcunq3 enĩ inquit dimiſeritis pctã dimittent̃. et
quorum retinueritis tenebuntur. Que poteſt inueniri maior pote
ſtas. Omne iudiciũ dedit pater filio. at hoc video a filio totum ſa
cerdotibus eſſe cõmiſſum. at ſicut in celum iam trãſlati ⁊ humanã
tranſcendẽtes naturã. atq3 a noſtris infirmitatibus liberati in tan-
tum euecti ſunt principatum. Nam ſi imperator alicui ſubditoru3
honorem huiuſmodi impartiatur. vt quos voluerit in vincula cõ-
trudat. laxetq3 quos voluerit. dignus inuidia ⁊ conſpicuus ab om̃i
bus eſtimatur. hic qui a deo accepit tanto maiorem his vt predixi
mus poteſtatem. quãto eſt celum precioſius q̃3 terra. quãto precio
ſior eſt anima q̃3 corpus. ita ne modico affectus honore credet̃. vt
aliqui etiam ſuſpicentur poſſe hanc artẽ ab his quibus fuerat com
miſſa cõtemni. ꝓcul fiat talis inſania. Neq3 enim aliud q̃3 furor vo
candus eſt ꝯtemnere illud miniſteriũ. ſine quo nobis nec ſalus nec
ea que ſunt bona ꝓmiſſa reddantur. Nemo eni3 valebit ingredi re
gnũ celoꝝ. niſi ex aqua renatus ⁊ ſpiritu ſit. Et qui non manducat
carnẽ dñi. nec bibit eius ſanguinẽ nõ habebit vitã eternã. que per
nullius alterius q̃3 ſanctis efficiunt̃ manib⁹ ſacerdotũ. Nec gehen
ne vtiq3 ignẽ vitare nec ꝓmiſſoꝝ remuneratione potiri. niſi ꝑ illoꝝ
habemus officiũ. Iſti enim ſunt qui ſpirituali affectione nos par
turiunt. ⁊ generatione baptiſmatis exequunt̃. Per ipſos xp̃m indui
mus. per ipſos cõiungimur dei filio per ipſos membra beati illius
capitis efficimur. Quomodo ergo nobis iſti nõ ſolũ reuerẽdi ma

gis q̄z reges aut duces aut iudices. ſed etiam nō magis erunt hono rabiles q̄z parentes. Illi quippe nos ex ſanguine ⁊ carnis volupta te genuerāt. hi vero nobis ſunt diuine generationis auctores. ⁊ ſan cte illius reformamur libertatis vere adoptioniſqꝫ filioꝝ.

¶ De mundicia ſacerdotū qui portant vaſa dn̄i. vij. ca.

Verbum ꝓphete eſt. Mundamini qui fertis vaſa domini Quanto mundiores eſſe oportꝫ qui ſunt vaſa dn̄i qui in manibus ⁊ corpore portāt chriſtum. quibus apoſtolus di cit. Glorificate ⁊ portate chriſtum in corpore veſtro. Sacerdotem hoc ſentire oportet qđ ⁊ in chriſto ieſu. non ſolum vt per ſe humili tatem exinaniat. ſed vt crucifixionem domini repreſentans ſtigma ta eius portet in corpore ſuo et in ara cordis. ſeipſum domino cru cifigat. Verbū enī ſalomonis eſt. Sediſti ad menſam diuitis. ſcito quia eadem preparare te oportet. Nam et in leuitico. ſacerdos pel lem hoſtie retinet. quia ordo ſacerdotis expoſtulat. vt dum in men ſa altaris hoſtiam īmolat ſalutarem. quadam cōtritionis cruce ho ſtie ſe confirmet. Olim paſchalis agnus non comedebatur. niſi cū lactucis agreſtibus et amaris. precingebantur autem renes in quo amaritudo penitentie. ⁊ continentie mūdicia deſignat̄. In vtroqꝫ etiam poſte ſanguis agni ponebatur. vt ſacerdos ſacramentum do minice paſſionis nō ſolum ore ad redemptionem. ſed corde ad imi tationem ſuſcipiat. quia tunc demū ei hoſtia ꝓderit. ſi ſeipſum ho ſtiam faciens velit humiliter ⁊ efficaciter imitari qđ agit. Verbuꝫ apoſtoli eſt. Probet autē ſeipſum homo. ⁊ ſic de pane illo edat ⁊ đ calice bibat. O q̄z felix qui probatus inuentus eſt. Proba me dn̄e ⁊ tenta me. vre renes meos ⁊ cor meum. vt tanto ſacramento dignus inueniar. Terribile eſt enim qđ ſequitur. Qui manducat meā car nem ⁊ bibit meum ſanguinem indigne. iudicium ſibi manducat et bibit. Domine ieſu chriſte ſacramentum corporis tui et ſanguinis. nobis quaſi pignus et obſidem celeſtis gratie dimiſiſti. et in eo con ſtituiſti nobis non mortem ſed vitam. non iudicium ſed ſalutem. Quā perditus ergo eſt qui redemptionē in perditionem. qui ſacri ficium in ſacrilegiū. qui myſteriū in patricidiū. qui vitā ꝯuertit in

moꝛtem. Pꝛohibet dñs in lege moyſi ne de agno paſchali comedat
ꝑegrinus aduena vel immūdus Quāta ergo ⁊ q̄ȝ damnabili teme
ritate ſacerdos indignus miſtrare p̄ſumit. q̄ vt v̄bo apoſtoli vtar-
iam filiū dei ꝯculcat. ⁊ ſanguinē teſtamenti pollutū ducit. in q̄ ſan
ctificati ſumus. ⁊ ſpūi gratie ꝯtumeliā facit. Sacerdotibus dicit̄ ꝑ
ꝓpheta. Vos ſancti dñi vocabimini. miniſtri dei dicet̄ vobis. Et
ſubiungit. Oēs qui viderint eos cognoſcēt illos. quia iſti ſunt ſemē
cui benedixit dñs Video aūt hodie qḋ ⁊ flens dico innumeros illit
teratos. aut potius ydeotas. ⁊ nihilominus carnaliter ꝯuerſantes
vſurpare tanti officij gradū. itaq̧ ſacramenti dignitas ex indigna
numeroſitate vileſcit. Et euenit ꝙ oſee ꝓpheta ꝯquirendo deplo
rat ⁊ dicit. Multiplicauit populus altaria ad peccandū. facte ſunt
eis are in delictū. Ideo raro ſacrificat carthuſiēſis oꝛdo. Sicut enī
ſolet generari ex aſſiduitate ꝯtemptus. ſic accendit̄ ex ipſa raritate
deuotio. Sane nō habent poteſtatē edere ꝺ celeſti altari. qui taber
naculo carnis deſeruiūt Illis enī qui carnalib⁹ deſiderijs inſumūt
calix dñi vertitur in fel draconis. angeloꝝ panis aufert̄. ⁊ eis māna
celeſte putreſcit. pluitq̧ ſuꝑ eos dñs ſicut puluerē carnes. Notādū
aūt ꝙ eodē ſole carnes indurant̄ ⁊ māna liqueſcit. quia iuxta diuer
ſoꝝ exigentiā meritoꝝ quoſdā deus in ſua malicia obdurare ꝑmit
tit. alios ad ſalubres lacrimas pia deuotōe reſoluit. Cūq̧ ille quaſi
languente ⁊ faſtidiente ſtomacho tanq̄ȝ furfur ⁊ corticē ſacramen
ti recipit. aīa iſtius ex celeſti adipe. ex diuini tritici medulla pin:
gueſcit. Spūs illius eſt ſicut mons gelboe. ſuper quem nec ros nec
pluuia cadit. Iſti v̄o. quaſi hereditati ſue deus pluuiā voluntariaȝ
ſegregauit. Ex inoꝛdinata ⁊ indiſciplinata multitudine ſacerdotū.
hodie dat̄ oſtentui noſtre redemptiōis venerabile ſacramētū. Nā
qui debuerant eſſe vicarij apoſtoloꝝ et filij petri. facti ſunt ſocij iu
de ⁊ p̄ambuli antixp̄i. Verbū quippe grego. eſt. Qui coꝛpus chriſti
indigne ꝯficit xp̄m tradit. vt chriſtus dū tradit̄ dicat. Ecce manus
tradētis me mecū eſt in menſa. Auguſ. ſuꝑ illū verſiculū Dederunt
in eſcam meā fel. Grauius inquit peccant offerentes indigne xp̄m
regnantē in celis. q̄ȝ qui eū crucifixerūt ambulātē in terris. Et idē.

Magis peccant qui tradūt xp̄m peccatoribus membris. q̄z qui tra
dunt eū crucifixoribus iudeis. Et adaptat ſacerdotib⁹ prauis illud
lamentabile verbū xp̄m dederūt in eſcam meā fel. et in ſiti mea po
tauerūt me aceto. Dn̄s equidē ſalutē noſtrā ſitit et eſurit. ⁊ iō dam
nabiliter peccat. qui ad corpus eius cū felle praue ꝯſcientie. et cum
aceto iniquitatis accedit. Verbū beati hieronimi ē. Perfidus iude
us perfidus xp̄ianus. ille de latere. ille de calice ſanguinē xp̄i fundit
Porro ioſeph corpus dn̄i pijs manibus baiulauit. Iſte v̄o pollu
tis manibus. ⁊ quibus pauloante ſcorti pudenda tractauit ſalutem
hominū tangit. ⁊ recipit ore que pauloante baſia meretrici imp̄ſſe
rat. Ille qui fuerat xp̄i membꝝ. tollit xp̄i membꝝ dicit apoſtolus. ⁊
facit membꝝ meretricis. Qui enim adheret meretrici. vnū corpus
vnūqz membꝝ efficitur cū ea. In hoc membro abominabiliter po
nitur ⁊ deteſtabiliter corpus xp̄i. Repoſitū fuit illud precioſuꝫ cor
pus in ſyndone munda ⁊ in monumēto nouo. iſte aūt in ore adhuc
potu heſterno fetente. ⁊ inſentina vētris adhuc precedēte crapula
eſtuante demergit eū. quē angeli videre ꝯcupiſcunt. quē ꝓſpiciēdo
delectationes eternas accipiūt. Nōne potius antixp̄ianus q̄z chri
ſtianus iudicandus ē. qui q̄ztū in ſe ē xp̄m iam factū impaſſibilem.
ita tractat indigne. ita ꝓbris afficit ita crudeliter interimit. ⁊ ſepe
lit inhoneſte. Verꝫ quia celeſtis aīaduerſionis ſententiā ſicut da
than ⁊ abyron in ipſa ſui ſacrificij vſurpatione nō ſentiūt. diuinuꝫ
putant euaſiſſe iudiciuꝫ. dicentes cū vxore manue. ſi dn̄s voluiſſet
nos occidere nō ſuſcepiſſet ſacrificiū de manu noſtra. Certe maria
quā xp̄i caritas vehemēter accenderat ꝓhibet̄ dn̄m tangere. Iohā
nes etiā baptiſta quo maior inter natos mulierꝝ teſtimonio xp̄i nō
ſurrexit. vertici ſaluatoris angelicis poteſtatibus tremendo. manū
veret̄ imponere. ⁊ filius ploratiōis eterne manu ſacrilega ⁊ orē pol
luto ſacramentū in quo vita eterna ē recipit. Ipſum ſibi dānabili
ter incorporare aut potius incarcerare preſumit. Prius ꝑ peniten
tiam ⁊ vſum longū erat expianda oīs iniquitas. vt inde veniret̄ ad
cornu altaris. id eſt ad tāti gratiā ſacramēti. Lauabo inquit ꝓphe
ta manus meas. id eſt opa. ⁊ ſic circūdabo altare tuū dn̄e. Et idem

Emitte lucem tuam ꝛ veritatem tuam. ipſa me deduxerunt et ad-duxerunt in montem ſanctum tuuȝ ꝛ in tabernacula tua. Et ſic in troibo ad altare tuum domine. Lauandi enim ſunt interiores affectus. Nam in leuitico anteq̄ȝ offeratur hoſtia. diligēter omnia eiꝰ inteſtina lauantur. Apparuit dominus moyſi. apparuit ꝛ ioſue p̄cipiens vtriq; vt calciamenta ſoluerēt d̄ pedibus ſuis. Calciamenta quippe fiunt de pellibus mortuorum animaliū. Terribilis vero locus eſt. in quo deo patri eius vnigenitus ī molatur. Ideo quiſq̄s accedit ad tante ſanctificationis miniſterium. neceſſe habet prius deponere immūdicias operum mortuorum. Res difficilis ꝛ ardua eſt miniſtrare ī ſacerdocio. animas regere. Et iuxta verbū ſalomonis mittere ſe ī turbā populi. ꝛ alligare ſibi peccata duplicia. Verbum enim domini eſt. Sacerdos meus qui vnctus eſt ſi deliquerit delinquere faciet populum meum. Super quem locum beatus gregorius dicit. Scire debent ſacerdotes. q̄ ſi peruerſa perpetrant tot mortibus digni ſunt. quot ad ſubditos ſue ꝓditiōis exempla tranſmittunt. Et quis nouit opera ſua. Quis ſcit an amore an odio dignus ſit. Delicta quis intelligit. Prauū eſt cor hominis ꝛ inſcrutabile. abyſſus ꝓfunda ꝛ inexplorabilis eſt cōſcientia pctōris. Nam vt de ceteris taceam. ſi diſcuſſero ꝛ ſcopauero ſpiritū meum. ſi lauero me intro et mulciplicauero mihi herbam borith. ſordibus intingit me dominus. Sic a mortuo perit lauatio. Sic lauo laterem. ꝛ dum plus ſordes excutio. plures exceſſus inueniens. quos nondum plene ſicut debui plāxi. mihi ex ipſa criminū recordatione ſordeſco. Ideo tanti ſacramēti maieſtate deterritus inſufficientiam ſanctitatis. quā ille gradus exigit meticuloſus allego. Certe moyſes iam electus in ducē populi ꝛ ad pharaonē mittendus. hieremias etiaȝ vocatus a dn̄o vt populū rebellem erudiat. humiliter ſe excuſant. Nec dubiū eſt quin tm̄ p̄emineat ſacerdotalis dignitas officio veterū. quantū res ſpei ſubſtantia vmbre. quantū ꝓmiſſionibus exhibitio veritatis. Iſaias vo qui dn̄o querēti quē mitteret miniſterio p̄dicationis. ſe offerens prius calculo purgatur altaris. Nemo enī aptus eſt myſterijs ſpiritualibus. donec ſancti ſpūs ardore purgetꝰ

Ob reuerendam myſterij huius eminentiā. beatus marcus cuius
cor ꝛ linguā dominus ſancti ſpiritus igne purgauerat. quaſi tamē
adhuc imperfectum ſuum ſentiens pollicem ſibi abſcidit. ne ad ſa
cerdotium cogeretur. Legimus ꝙ cum beatus amonius ad regimē
populi traheretur inuitus aurem ſiniſtram ferro ſibi radicitus ſecu
it dicens. Lex diuina neminem preciſa aure permittit fieri ſacerdo
tem. Reuerſi ſunt ergo clerus ꝛ populi ad thimotheū tūc temporis
patriarcham. qui amoniū non ſolum ſi auribus mutilatus. ſed etſi
naribus truncatus eſſet ꝓpter ſanctitatem ipſius cenſuit ꝓmouen
dum. Reuertentibus illis ꝛ iterum trahentibus virum dei atq; co
gentibus. linguam inquit meam ꝓpter quā vobis placeo. ſi me vl
terius cogitis ꝓprijs dentibus amputabo. Et ſic tandem ſibi reli
ctus eſt. Adhuc paulus heremita. anthonius. appollonius. muſti⁹.
hylarion. pānucius. vterq; macharius ꝛ arſenius. beatus etiā bene
dictus. ceteriq; viri noīatiſſime religiōis. q̄ꝝ meōria in bn̄dictiōe ē.
nūq̄ȝ gradū ſacerdocij attigerūt. in ſua tn̄ ſimplicitate ſaluati ſunt
Sicut enī btūs odilo cluniacēſis abbas ī exhortatiōib⁹ ſuis ſcribit
iſtoꝝ ſinguli vna hora diei paſſiōis dn̄ice. noſtreq; redēptiōis bn̄fi
cia. q̄ſi in faſciculū mēorie deuote ꝛ fidelit̄ colligebāt. et ſic ī timore
ꝛ hūilitate hic ad fruēdū ſuauit̄. firmit̄ in ſua ꝯſciētia recōdētes cor
pus dn̄i ſpūalit̄ mādūcabāt. Sic dn̄s p̄cepit apoſtol' dicēs. Hoc fa
cite in meā cōmeōratiōnē. adiūgit abbas. Sicut inquit ſacramen
tum q̄nq; indignus. ſic rem ſacramēti non recipit niſi dign⁹. Voce
humana explicari nō poteſt. cū quanta deuotione ꝯfici. cū quanta
cautela diſpenſari. cū quāta reuerētia ſuſcipi debeat corpus chriſti
Conficere vereor. qd̄ affecto ſuſcipe. Nā cū vtrobiq; pura ꝯſciētia
exigat. tn̄ vita ꝑfectior ꝛ ꝯuerſatione eminentior ꝓpter varias illi⁹
ordinis circūſtantias a ſacerdote requiritur. Vtinam modernoꝝ
ſacerdotū ſanctitas tanta eſſet. vt omī laude virtutis exemplo no
bis deſiderabilē appetitū ſacerdotalis gradus immitteret. Itē ex
emplū ſcti bernardi in vita ſcti malachie. Cuȝ ſanctus malachias
archieps ſacrā offerret hoſtiā ꝛ appropinquaſſet ei dyacon⁹. intui
tus eū ſacerdos ingemuit. eo ꝙ ſenſiſſet penes illū latere qd̄ nō cō

ueniret. Peracto ſacrificio ſecrete ꝑcunctatus de ꝯſcientia ſua. con
feſſus ē illuſum ſibi ꝑ ſomnū nocte illa. Cui iniūgens penitentiā.
nō debueras inquit hodie miniſtraſſe. ſed verecūde te ſubtrahere. ⁊
tantis deferre myſterijs. vt hac humilitate purgatus dignius exin
de miſtrares. Itē refert heraclides in libro qui dicitˀ ꝑadiſus dicēs
ad alexandꝝ machariū Ego veniēs repperi p̄ſbyterꝝ ante fores eiꝰ
q̄ venerat vt curaretˀ. Habebat enī caput carchino exeſum. vt etiaꝫ
eius vertices nudaretˀ. et necdū a ſctō machario ſuſceptꝰ fuerat aut
viſus. Qui mihi ꝓ illo roganti vt ei miſeretˀ reſpondit. Non eſt di
gnus iſte curari. Hanc enī penā diuinitus accepit. quia fornicatōe
pollutus myſteria dn̄i violare ꝯſueuit. Perſuade aūt vt in ꝑpetuū
ſe ſuſpendat ſancti ſacrificij immolatōe. ⁊ ſic deo adiuuāte poterit
curationē recipere. Qd ⁊ factum eſt.

Explicit ſpeculum ſacerdotum.

¶ Incipit ꝓlogus libri qui dicitur ſpeculum ſecularium ⁊ mundi
huius amatorum.

Vanitas vanitatū ⁊ omnia vanitas dixit eccleſiaſtes
Quoniā vt ait egregius doctor gregorius. nō ē deo
acceptabilius ſacrificiū. q̄ȝ animarꝝ zelus ſiue amor
ideo ex diuerſis auctoritatibus eccleſiaſticorꝝ docto
rum preſentē tractatulū in vnū collegi. vt peccatrix
anima deuiās. Per has ſctās auctoritates ⁊ ꝯmonitiones ad viam
veritatis ⁊ iuſticie. vn̄ ſicut ouis que perierat multū errauit. ſpiritu
ſancto aſpirāte iam diuinitus reuocetˀ. et vt ſtatū ſuū cognoſcēs pe
riculoſum erroneū ⁊ immūdū. tactus dolore intrinſecus ad deum ſe
ꝯuertat. ꝯuerſus penitentiā agat. ac ſic tandē cū omibus ſanctis vi
tam eternā obtineat. Siquidē vt dicit criſoſt. Nūc ꝑcipue multis
illudit vanitas vanitatū ⁊ oīa vanitas. Hunc verſiculū ſi ſaperent
qui in delicijs ⁊ diuitijs verſantˀ. in parietibus oībus in veſtibus ſu
is ſcriberēt. in domo in ianuis in ingreſſibꝰ ⁊ ante oīa in ꝯſcientijs
ſuis. vt ꝑ eū oculis cernerēt ⁊ corde ſentirēt. qm̄quidē multe ſūt fa

cies multe imagines falſe. que decipiunt incautos. Oportet ergo
quotidie iſtud ſalutare carmen in prandijs in cenis ꝛ in omni ꝯuen
tu. vnuſquiſq; ꝓximo ſuo canere ꝛ a ꝓximo libenter audire. quia va
nitas vanitatū ꝛ oīa vanitas. p̄ter amare deū ꝛ illi ſoli ſeruire. Hec
criſoſt. Cōtinebit autē p̄ns tractatus ſeptē capitula iuxta ſeptē fe
rias ebdomade. ita vt peccatrix aīa ꝓ pct̄is deturpata. qualibꝫ die
ſpeciale capitulū tanq; nouū ſpeculū accipiat. in quo faciē ſuā cō
ſideret. Primū capitulū erit de vilitate ꝛ miſeria hoīes. ſcd̄m ꝺ pec
cato in cōmuni ꝛ quāta ꝑ peccatū incurrimus ſpūalia detrimenta
ſiue dāna. terciū de penitētia cito facienda. quartū de mūdo fugien
do ꝛ odiendo. quintū de caducis mūdi diuitijs ꝛ falſis eius honori
bus potētijs dignitatibuſq; ꝯtemnēdis. ſextū de morte ſemꝑ timen
da vbiq; et expectanda. ſeptimū et vltimū erit de gaudijs paradiſi
et penis inferni.

¶ Explicit ꝓlogus. Incipit liber qui dicitꝰ ſpeculum ſecularium ꝛ
mundi huius amatoꝝ Primū capitulū. dominica die Cogita

VErba hieremie ꝓphete. Quare de vulua matris egreſ
ſus ſum vt viderē laborē ꝛ dolorē. ꝛ ꝯſumerēt in ꝯcluſiōe
dies mei. Si talia loquitꝰ de ſe ille quē ſanctificauit deꝰ
in vtero. qualia loquar de me quē mater mea genuit in
peccato. Bernardus. Stude cognoſcere teipſum. quia multo meli
or et laudabilior es ſi teipſum cognoſcis. q̄ ſi te neglecto cognoue
ris curſus ſydeꝝ. vires herbaꝝ. cōplexiones hominū. naturas aīa
liū. ꝛ haberes omniū celeſtiū ꝛ terreſtriū ſcientiā. Attende ergo dili
genter o hō quid fuiſti ante ortū. ꝛ quid es ab ortu vſq; ad occaſum
et quid eris poſt hāc vitā. Profecto fuiſti ſpurciſſimū ſperma ꝛ vi
le ſemē ꝯceptus in putredine carnis. in feruore libidinis. in fetore
luxurie. ꝛ qđ deterius ē in labe pct̄i. Sꝫ attēde quo cibo ī vtero ma
terno nutritus ſis. Profecto ſanguine mēſtruo q̄ ceſſat in femīa poſt
ꝯceptū. vt ex eo nutriatꝛ ꝯceptus ī vtero. Qui quidē ſanguis fertur
eſſe tā deteſtabilis ꝛ immūdus. vt eius ꝯtactu fruges nō germinēt.
areſcāt arbuſta. moriātꝛ herbe. amittūt arbores fetꝰ. et ſi canes inde
comederint in rabiē efferūtꝛ. Poſtea plorās ꝛ eiulās traditus es hu

ius mũdi exilio ad laborem timorem ꝛ dolorem. ꝛ qđ grauius eſt ad mortem. Formauit igitur dominus deus hominem de limo terre. que ceteris indignior eſt elementis. Planetas ꝛ ſtellas fecit ex igne flatus ꝛ ventus fecit ex aere. piſces ꝛ volucres fecit ex aqua. homĩes et iumenta fecit de terra. Conſiderans igitur aquatica te vilem inuenis. conſiderans aerea te viliorem cognoſces. conſiderans ignea te viliſſimũ reputabis. Nec valebis te parificare celeſtib⁹. nec audebis te preferre terrenis. quia parem te iumentis inuenies. ſimilẽ recognoſces. Vnus eſt hominũ ꝛ iumẽtoꝝ interitus. et equalis vtriuſqꝫ conditio. cum nihil habeat homo amplius iumẽto. de terra orta ſunt. ꝛ in terram pariter reuertentur. Verba ſunt iſta non cuiuſlibet hominis. ſed ſapientiſſimi ſalomonis. Sic ergo o hõ quantũcunqꝫ nobilis diceris ad hunc mundũ veniſti. nec memor es q̃ȝ vilis origo tui. Forma fauor populi. feruor iuuenilꝫ opeſqꝫ. Subripuere tibi. noſcere quid ſit homo. ¶ Nunc attende ſecundo o hõ quid es. Audi de hoc ſtellam doctoꝝ auguſtinũ. ita de ſeipo dicentẽ. Heu miſer quid ſum ego. Sum vas ſterquilinĳ. concha putredinis. plenus fetore ꝛ horrore. cecus pauper nudus. plurimis neceſſitatibus ſubditus. ignorans introitum ꝛ exitum meum. miſer ꝛ mortalis. cuius dies ſicut vmbra pretereunt. cuius vita ſicut lana euaneſcit. ſicut flos in arbore creſcit ꝛ ſtatim marceſcit. Sum terra miſerie filius ire. vas aptum in contumeliam. genitus per ĩmundiciã. viuens in miſeria. moriturus in anguſtia. Item bernardus. Quid aliud ẽ homo q̃ȝ ſperma fetidũ. ſaccus ſtercoꝝ. cibus vermiũ. Si diligẽter conſideres quid ꝑ os nares. ceteroſqꝫ tui corpis meatus egrediatur vilius ſterquiliniũ nunq̃ȝ vidiſti. O vilis ꝓditionis humane indignitas. herbas ꝛ arbores inueſtiga. Ille de ſe ꝓducunt flores frondes fructus. ꝛ tu de te lendes pediculos ꝛ lumbricos. Ille de ſe fundunt oleũ vinũ ꝛ balſamũ. ꝛ tu de te ſputũ vrinã et ſtercus. Ille de ſe ſpirant ſuauitatẽ odoris. ꝛ tu de te reddis abominationẽ fetoris. Qualis eſt arbor. talis eſt fructus eius. Non eniȝ poteſt arbor mala fructus bonos facere. Quid enim ẽ homo ſcđm formã niſi arbor

euerſa. cuius radices ſunt crines. truncus eſt caput cum collo ſtipi
tes eſt pectus cum alis. rami ſunt vlne cum tibijs. frondes ſunt di
giti cũ articulis. Homo eſt foliũ qḋ a vento rapitur. ⁊ ſtipula que
a ſole ſiccatur. Unde beatus iob ait. Homo natus de muliere reple
tur multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur ⁊ conteritur. et fugit
velut vmbra. ⁊ nunq̃ in eodẽ ſtatu permanet. Hinc ⁊ deus ait ad
hominẽ. Cinis es ⁊ in cinerẽ reuerteris. Et iob dicit dño. Memẽ
to queſo q̄ ſicut lutũ feceris me. ⁊ in puluerem reduces me. Quid
ergo lutum ſuperbis. ḋ quo puluis extolleris. Unde cinis gloriaris
cuius cõceptio culpa eſt. naſci pena. labor vita. neceſſe mori. Cur
carnem tuam precioſis rebus impinguas ⁊ adornas. quã poſt pau
cos dies vermes deuoraturi ſunt in ſepulchro. animam vero tuam
non ornas bonis operibus. que deo preſentanda eſt ⁊ angelis in ce
lis. Quare animam tuam vilipendis ⁊ ei carnem preponis. Domi
nam ancillari et ancillam domĩari magna abuſio eſt. O anima ha
bes inimicum domeſticum amicum aduerſarium. qui malum ꝑ bo
no reddit. ⁊ ſub ſpecie amicicie crudelior exiſtens inimicus. Hic ho
ſtis eſt caro tua infelix ⁊ miſera. multum tamen dilecta. Hanc cum
pauiſti. inimicum peſſimum contra te erexiſti. Hanc cum ornaſti.
hoſtem crudeliſſimum contra te armaſti. Hanc cum floris varijs et
precioſis indumentis induiſti. omnibus celeſtibus ornamentis te
ſpoliaſti. ¶ Conſidera tercio ergo et attende o peccator. quid eris
poſt hanc vitam. Eris reuera cadauer miſerum et putridum. et ci
bus vermiũ. Inſpice ſepulchra eorum qui morte corporis hinc exi
erunt. et nihil inuenies in eis niſi cinerem et vermẽ. et fetorem et
horrorem. Qḋ tu es illi fuerunt. et qḋ ipi ſunt tu eris. Homines fu
erunt ſicut tu. comederunt biberunt riſerunt duxerũt in bonis dies
ſuos. ⁊ in puncto ad inferna deſcenderunt. Hic caro eoꝝ vermibus
et illic aĩa ignibus deputatur. donec rurſus infelici collegio colliga
ti ſempiternis inuoluantur incendijs. qui ſocij fuerunt in vicijs.
Una nãq̧ pena implicat. quos vnus amor in crimĩe ligat. Quid
profuit illis inanis gloria. breuis leticia. mundi potentia. carnis

voluptas.falſe diuitie.magna familia.et mala concupiſcētia. Vbi
riſus vbi iocus.vbi iactantia vbi arrogātia. De tanta leticia quan
ta triſticia.poſt tantillā voluptatē tam grauis miſeria.đ exultatio
ne ceciderunt in grandem ruinam ⁊ magna tormenta. Quicquid il
lis accidit tibi accidere pōt quia homo es.homo đ humo limus đ
limo. De terra es ⁊ de terra viuis.⁊ in terrā reuerteris qñ veniet di
es vltima.que ſubito veniet ⁊ forſitan hodie erit. Certum eſt enim
ꝙ morieris.ſed incertū quādo aut quomodo vel vbi.quoniā mors
vbiqꝫ te expectat. Tu quoqꝫ ſi ſapiēs fueris.vbiqꝫ eam expectabis.
De his etiā mundi amatoribus ſic dicit yſidorus Dilectiſſimi pen
ſare debemus.q̄ꝫ breuis ē mundi felicitas.q̄ꝫ modica eſt hui⁹ ſeculi
gloria.q̄ꝫ caduca et fragilis eſt temporalis potentia. Dicat qui po
terit.vbi ſunt reges vbi principes vbi imperatores. vbi reruꝫ locu
pletes.vbi potentes ſeculi.vbi diuites mūdi. Quā vmbra tranſie
runt.⁊ velut ſomniū euanuerunt.queruntur ⁊ non ſunt. Quid dice
mus ad hec. Reges obierunt et principes mortui ſunt.multi tamē
putant diu viuere.et quaſi nūq̄ꝫ morte cadere đ preſenti vita. Cer
te non ſic impij non ſic. Vos autem ſicut homines moriemini. et
ſicut vnus de principibus cadetis. Adhuc de conditione hominis
poſt morteꝫ ſic dicit beatus bernardus. Quid fetidius humano ca
dauere.quid horribilius mortuo homine. Cuius in vita erat gratiſ
ſimus amplexus.fit in morte horribiliſſimus aſpectus. Quid ergo
ꝓſunt diuitie.quid delicie quid honores. Diuitie nō liberāt a mor
te.nec delicie a vermibus.nec honores a fetore. Item dicit criſoſt.
đ eodem ſic. Quid ꝓfuit illis qui in luxuria corporis.⁊ in preſentis
vite voluptatione vſqꝫ ad diē vltimū permanſerunt. Intuere nūc
ſepulchra eoꝝ.vide ſi eſt aliqđ iactantie veſtigium in eis. ſi aliqua
diuitiarū vel luxurie ſigna cognoueris. Require vbi nunc veſtes ⁊
ornamenta tā pulcherrima.vbi nunc ⁊ ſpectaculoꝝ voluptas. vbi
aſſedarum turbe ⁊ cōuiuioꝝ ceſſit opulentia. Riſus iocus ⁊ immo
derata leticia atqꝫ effrenata quo abijt quo receſſit.vbi illa nunc et
vbi ipſi. Quis finis vtrorūqꝫ. Intuere diligēter ⁊ accede ꝓpius ad
ſingulorꝝ ſepulchra.vide cineres ſolos ⁊ fetidas vermiū reliquias.⁊

recordare caro℞ hunc eſſe finem. etiam ſi in leticia et delicijs etiam ſi in labore et continentia tranſigerunt hic vitã. Ecce dilectiſſime mihi iam legiſti iaȝ vidiſti in hoc capitulo ex verbis ſancto℞ quid fuiſti ante ortũ. quid es in p̄ſenti vita. et quid eris poſt hanc vitaȝ Vtinam circa hec tria iugi meditatiõe verſeris. Infelices quippe filij adam omiſſis veris ⁊ ſalutarib⁹ ſtudijs. caduca potius ⁊ tranſitoria querũt. Sed tu chariſſime ruminans in corde vilitatẽ tuam et miſeriam. ſcd̃m exteriorem hominẽ ſectare humilitatẽ. fuge ſup̄biam. ſciẽs ꝙ ſuperbia eſt ſignum quo diabolus diſtinguit ſuos ab alijs. Vnde iob. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbie. Vnde gregorius. Euidentiſſimũ ſignum reprobo℞ ſuperbia. electo℞ humilitas. Q̄d ſi quis habeat cognoſcitur ſub quo rege ſit vel militet. ſcilicet vtrum ſub rege chriſto an diabolo. Iſidorus. Anima ſuperbi a deo derelinquitur. et fit demonũ habitaculuȝ. Eccleſiaſtici. x. Odibilis deo et hominibus ſuperbia vt patet. quia ſuperbia luciferum de celo eiecit. adam de paradiſo depulit. pharaonẽ et exercitũ eius ſubmerſit. ſaul de regno eiecit. nabuchodonoſor in beſtiã trãſmutauit. Propter ſuperbiam anthiochus male mortuus eſt. herodes ab angelo percuſſus.

¶ De peccato in cõmuni ⁊ quanta p̄ peccata incurrimus ſpiritualia detrimenta ſiue damna. ij. ca. Secunda feria

Qui facit peccatũ a diabolo eſt. qui peccat ab initio. Scribitur enim in prima canonica Johãnis. iij. ca. Peccatuȝ eſt onus graue q̄d celum nõ ſuſtinuit. nec terra vltimo nõ ſuſtinebit. ſed detrudet in infernũ cum auctore ſuo. Et ſciẽdũ ſcd̃m auguſ. ꝙ peccatũ eſt omne dictũ factum vel concupitũ contra legẽ dei. Debet autẽ quilibet bonus xp̄ianus qui ſaluari deſiderat summo ſtudio et ſumma diligentia omne peccatum vitare. ⁊ hoc precipue p̄pter tria. Primo quia deo ſumme diſplicet. ſecundo quia demonib⁹ valde placet. tercio hoĩ ſumme nocet. Dixi tibi primo o infelix pctõr ꝙ debes ſumma diligẽtia vitare om̃e peccatũ. quia deo creatori tuo ſumme diſplicet. Ad hoc ſciendũ debes cogitare q̄d deus fecerit p̄pter odiũ peccati. Ipſe enĩ p̄pter peccatũ fere ſex diſſi

pauit omnia opa ſua. ſcʒ totũ mundũ p diluuiũ vt habet Geñ. vij. Alij aũt reges ⁊ potẽtes in piudiciũ inimicoꝶ ſuoꝶ depopulãt terras coꝶ. deus aũt diſſipauit terrã ppriã. qꝛ pctm̃ intrauerat terraʒ ſuã. ¶ Itẽ ſcdo deus nõ ſolũ odio habʒ pctm̃ ipſum. ſʒ etiã quicqd peccatũ tangit. Alij nãqʒ hoies ppter vinũ corruptũ nõ pijciunt in mare vaſa aurea vł argentea. ſed ſeruant vaſa ⁊ vinũ effundunt deus autem non ſolum peccatum ſed etiam vaſa peccati. ſcilʒ creaturas rationales. id eſt animas ad imaginem ſuam factas. et ſuo pcioſo ſanguine redemptas. in odiuʒ peccati pijcit in occeano infernali. Quia vt dicit ſapientie. xiiij. Odio ſunt deo impius et impietas eius. Vnde deus non habet tam bonũ amicum nec in celo nec in terra. quem non haberet odio vſqʒ ad mortem. ſi inueniret in eo vł vnum peccatum mortale. Vnde petrus. licet ardentius amaret chriſtũ q̃ʒ ceteri apoſtoli. tamen xpus eum ꝯdemnaſſet ſi deceſſiſſʒ in peccato trine negatiõis. ¶ Tercio q̃ʒtũ deus odiat peccatũ oſtẽditur per hoc. ꝙ ppter peccata mundi ſuũ innocentẽ vnigenitum interfecit. Vnde dicitur yſaie. liij. Propter ſcelus populi mei pcuſſi eum. Et ipſemet dei filius vt peccatũ interficeret ⁊ occideret tradidit in morte animaʒ ſuam. vt dicitur ſimiliter yſaie. liij. Nullus autem inuenitur qui tm̃ odit inimicũ ſuũ. ꝙ in eius odium vellet interficere vnigenitum pprium vel etiam ſemetipm̃. ¶ Quarto p hoc oſtenditur quia deus perſecutus eſt peccatũ ab initio in tantũ ꝙ piecit ipſum de celo. Et videns ꝙ remanſerat in terra ſcilicʒ in mundo. ipſe in ppria perſona deſcendit in mundũ. vt de ipſo fugaret peccatum. ⁊ tandem in die iudicij pijciet ⁊ claudet ipſum in infernum. Vnde michee vltimo. Proijciet in pfundum maris om̃ia peccata veſtra. ¶ Quito q̃ʒ ſumme deus odiat peccatũ patʒ p hãc ſimilitudinẽ. quia bona mater videretur multũ odire illud ppter qd pueꝶ ſuũ pijceret in clibanũ ardentẽ. nec vnq̃ʒ eũ inde extraheret. Sic deus ppter odiũ peccati filios ſuos quos tm̃ dilexit ꝙ pro illis mori voluit in igneʒ inextinguibilẽ pijciet. ſi inuenerit in eis peccatum mortale Sic ergo o peccatrix anima legiſti. q̃ʒtum deus odio habet peccatũ. Tu igitur ſi ei placere cupis oportet te ſumme

vitare illud. ita vt timor locũ habeat in te. Mulier enim eſſz mul tũ infidelis que illũ cubaret in lecto ſuo quẽ vir ſuus odit. ⁊ p quez multa mala viro ſuo euenerũt. Sic certe peccatũ ẽ. qđ ſumme odit chriſtus animaꝝ ſpõſus. ⁊ per qđ multa mala ſibi acciderũt. ⁊ tãdẽ ipſa mors. Mortuus enĩ eſt ꝑpt' delicta noſtra ſcḋm apoſtolũ. Et iō ẽ valde infidel' erga xp̄m. q̇ recipit pctm̄ ĩ corde ſuo. Propterea chariſſime iuxta ãmonitionẽ ſapientis ab omni delicto mũda cor tuum. ¶ Dixi ſecundo ꝙ debes ſumma diligentia vitare omne pec catum maxime mortale. quia ſumme diabolo placz. ⁊ ipſum valde letificat. Et iſtud poteſt ꝓbari triplici ſigno. Primũ eſt quia ĩ nul lo alio delectatur. Nam ipſe nõ vult aliud balneum. Nõ querit au rum vel argentum. Nam geneſis. xiiij. dicitur in perſona eius. Da mihi animas. cetera tolle tibi. Vnde gregorius Nihil ſe feciſſe eſti mat. cum animas non ſautiat. Sicut enĩ auis rapax amat cor p̄de. ſic diabolus cor hominis. ¶ Secundũ ſignum ꝙ diabolus ſumme amat peccatũ patet ex aſſidua eius tentatione. ⁊ quia in ꝓcurando peccatum nunq̃z fatigatur. Nam ſex milia annoꝝ ſunt ⁊ amplius ꝙ nihil aliud fecit q̃z ꝓcurare peccata. Ideo quando dominus in terrogauit eum dicens iob primo. vnde venis reſpondit. Circuiui terrã ⁊ perambulaui eã. Tantũ eſt occupatus in negocio peccatoꝝ ꝙ non licz ei ſomnũ capere. Iuxta illud iob. xx. Qui me comedũt non dormiũt. ¶ Terciũ ſignũ ꝙ peccatum ſumme diabolum letifi cat eſt. quia nunq̃z potuit vel poterit ſatiari ꝑ peccatis. Nam in finita milia hominũ peccatoꝝ iam deuorauit. ⁊ tamen adhuc fame licus eſt. ⁊ ſicut leo circuit querẽs quem deuoret. vt dicit̃ prima pe tri. v. Et non ſolum famelicus eſt. ſed ſitibundus. Job. xl. Abſorbe bit fluuiũ ⁊ non mirabitur. ⁊ habet fiduciam ꝙ influat iordanis in os eius. id eſt in infernuz. Fluuius quem abſorbet diabolus ⁊ nõ miratur ſunt peccatores cũ impetu currentes in os eius. Jordanis vero qui interpretatur humilis deſcenſus ſunt iuſti quieti et pacifi ci. quos dyabolus ſumme deſiderat abſorbere. Exemplum habe tur in vitaſpatrum de capitulo demonum. et ſingulis demonibus de peccatis et malis que procurauerunt reddentibus rationem.

Et d illo diabolo qui ſpecialiter fuit laudatus ⁊ honoratus a prin cipe eoꝝ ⁊ in cathedra collocatus. quia fecerat fornicari vnum mo nachum quem in quadraginta annis vix traxerat ad peccatum. O ergo peccatrix anima plora amare. eo ꝙ totiens letificaſti in te ini micos tuos ſcꝫ demones. totiens certe quotiens peccaſti mortalit' Et de cetero per puram confeſſionem ⁊ dignam penitētiā fac gau dere ſuper te deū tuū ⁊ angelos eius. Scriptū eſt eni. Gaudiū ē an gelis dei ſupꝛ vno peccatore penitētiā agente. ¶ Dixi tercio o pctōr ꝙ toto ſtudio tuo debes vitare omne peccatū. quia tibi ſumme no cet. Nam primo ꝓpter peccatū mortale ſeparamur ab amore dei et efficimur eius inimici. Iſaie. lix. Iniquitates noſtre diuiſerunt inter nos ⁊ deum. ⁊ peccata noſtra ꝓhibuerūt faciem eius a nobis. Vn̄ nō eſt aliq̇s ſctūs ita magnus in celo. quantūcunqꝫ ſit amicus dei. ſi poſſet ⁊ peccaret mortaliter. quin ſtatim amicicia diſſolueret̄ Auguſ. Qui peccat ī amicū veriſſimū ⁊ fideliſſimū dr vituꝑabilis qui v̇o peccat in deū om̄ipotētiſſimū ⁊ piiſſimū. quō non erit ab ominabilis. ¶ Scđo ꝑ peccatū obligat̄ pctōr ⁊ adiudicat̄ patibu lo inferni. Vn̄ ſcđm inſtitutionē diuīe legis. a qua nō multū diſcre pat lex humana. oēs regalis decreti trāſgreſſores vel maieſtatis re gie ꝯtemptores. id eſt oēs pctōres meret̄ interire ſuſpēdio. ſcđm qđ ſignificat̄ ſcđo eſdre. vij. in decreto darij vbi ſic dicit̄. Denunciet̄ vt quicunqꝫ tranſgreſſi fuerint aliquid ex his que ſcripta ſunt q̄ꝫtū ad peccatū cōmiſſionis. aut ſpreuerint q̄ꝫtum ad peccatū omiſſio nis. accipiatur lignum de ſuis ꝓprijs. quia de horto ꝓprie cōſcien tie. ibi enim creſcit lignum quo peccator ſuſpenditur. et ſuſpenda tur. bona quoqꝫ ſua regi aſcribantur. Similiter enīꝫ cedit ad glori am regis celeſtis pena reproboꝝ. ſicut gloria bonoꝝ. Ecce chariſſi me qđ lex humana corꝑaliter facit. hoc ſpiritualiter lex diuina. Si milie fere legitur heſter. vij. Dixit rex. Suſpendite aman in pati bulo. Aman interpretatur iniquus. ⁊ per hunc peccator intelligit̄. quem rex celeſtis iubebit ſuſpendi in patibulo inferni. ſi euꝫ in pec cato mortali inuenerit. ¶ Tercio peccatum ſpoliat hominē omni bono. grē in pn̄ti ⁊ glorie ī futuro. ꝓuerbioꝝ. xiiij. Miſeros facit po

pulos peccatū. Eſt enim peccator paup̄ quia nihil habet. imo per
peccatū mortale ſeip̄m amiſit. ⁊ in ſeruitutē diaboli tranſiuit. Pau
perior. quia nihil pōt lucrari. eo ꝙ oꝑa meritoria deo grata in tali
ſtatu facere nō pōt. Sed paupertimus. quia nihil pōt ei dari. Nā
bona facta non ꝓſunt ei ꝓ ipſo ad ſalutē. quia nō viuit niſi quo ad
corpus. Vñ dicit boetius q̄rto li. de ꝯſo. Homo prauus nō eſt hō. ni
ſi ſicut hō mortu⁹. ¶ Quarto ꝑ peccatū ſeꝑamur a lumīe deiformi
et excecamur atqꝫ obtenebramur. Sophonie. j. Ambulabūt vt ceci
qui dn̄o peccauerūt. Et in pſal. Neſcierūt neqꝫ intellexerunt. in te
nebris ambulāt. Vñ hieronimus. Deprimit̄ plane aīa ꝑ peccatum
interius. ne valeat reſpicere ſuꝑius. ¶ Quinto peccatū eſt ſicut pu
tredo in pomo. Sicut enī putredo aufert pomo valorē decorē colo
rē odorē ⁊ ſaporē. ſic peccatū mortale aufert aīe decorē vite. odorē
fame. valorē gratie. colorē forme. ⁊ ſaporē glorie. Vñ putredo ē om
ne peccatū. Nā de eo dicit̄ yſaie. xv. Qui facit illud. luto vilior eſt
vita eius. Auguſ. Tollerabilius canis putridus fetet hoībus. q̄ꝫ aīa
peccatrix deo. Idē in quodā ſermone de eodē ſic ait. Per que v̄ba
quendā lubricū a pctō retraxit. Quid ꝓdeſt plena archa. ſi inanis
eſt ꝯſciētia. Bona vis habere. ⁊ bonus eſſe nō vis. Nō vides eru-
beſcere te debere de bonis tuis. ſi domus tua plena ē bonis. ⁊ te ha
bet malū. Quid enī ē q̄d velis malū habere. Dic mihi. Nihil oīno
Non vxorē nō filiū non ſeruā nō villā nō tunicā. poſtremo nō ca
ligam. ⁊ tamē vis habere malā vitā. Rogo te. ꝓpone vitā tuā cali
ge tue. Oīa que circūiacent oculis tuis elegātia ⁊ pulchra. tibi cara
ſunt. ⁊ tuipſe tibi vilis ⁊ fedus es. Si poſſent tibi r̄ndere bona tua
quibus plena eſt domus tua. nōne tibi clamarēt. Sicut tu nos bo
na vis habere. ſic nos ⁊ volum⁹ habere bonū dn̄m. Tacita voce in
terpellāt dn̄m deū tuū ꝯtra te. Ecce tanta bona dediſti huic ⁊ ipſe
malus ē. Quid enī ꝓdeſt ei q̄d habet. qn̄ eū qui oīa dedit nō habet
Hec auguſ. ¶ Sexto ex pctō naſcit̄ beſtialitas carnis. Vñ boetius
quarto de ꝯſola. Homo bonus ꝓbitate deſerta in beluā ꝯuertit̄. Et
philoſophus. vij. ethicoꝝ. ꝙ talis peior eſt q̄ꝫ beſtia. Et ideo petrus
⁊ iudas apoſtoli pctōres cōparāt mutis pecoribus. Et dauid con

cordat eiſdem dicens. Homo cum in honore. id eſt gratia gratum fa
ciente eſſet non intellexit. comparatus eſt iumentis inſipientibus
¶ Septimo ⁊ vltimo ex peccato naſcitur diaboli ſeruilis filialitas
Prime iohãnis. iij. Qui facit peccatũ a diabolo ẽ. Gregorius ſcdo
moralium dicit. Diabolus mentes peccatoꝝ quos temtat. ⁊ ad cõ
ſenſum ⁊ operationẽ perducit. ingreditur ibiqꝫ moratr̃. Pro his om
nibus o infelix peccator miſerere anime tue. ⁊ noli inducere ſupꝫ eaꝫ
hec que legiſti tanta mala. ſcꝫ offenſam dei. leticiã inimici. ⁊ dam
num ꝓprium. Agnoſce homo q̃ꝫ nobilis eſt anima tua. ⁊ q̃ꝫ grauia
fuerunt eius vulnera. ꝓ quibus neceſſe fuit chriſtũ dominũ vulne
rari Si non eſſent hec ad mortem ſempiternam. nunq̃ꝫ pro eorum
remedio dei filius moreretur. Noli ergo vilipendere aĩe tue paſſi
onem. cui a tanta maieſtate tantam vides exhiberi compaſſionem
Fudit ipſe lacrimas ꝓ te. laua ⁊ tu per ſingulas noctes lectum tuũ
cordis compunctione. ⁊ lacrimarum aſſiduitate. Fudit ipe ſangui
nem ſuum. funde ⁊ tu tuum quotidiana corporis afflictione. Noli
attẽdere quid caro velit. ſed quid ſpiritus poſcit. Nam vt dicit gre
gorius. Vnde caro ad tẽpus ſuauiter viuit. inde ſpiritus in eternuꝫ
cruciatur. Et quo plus caro punitur in hac vita. tanto plus aĩa
gaudebit in futura vita. Auguſ. Voluntarie nunc ꝓ chriſto poſtpo
namus quãdoqꝫ dimittenda. ne qḋ abſit ꝓ tranſitorijs amittamus
eterna. Si enim tibi diceretur ſis toto hoc menſe diues ⁊ potens ⁊
fac quicquid velis. vtere carnis voluptatibꝰ ſicut placet. ea tamen
conditione vt poſtea tibi oculi eruantur. omne ſolacium tollatur.
toto tempore vite tue ĩ fame ⁊ ſiti. in om̃i cruciatu viuas ⁊ miſeria
nũquid tale bonũ hoc tempore ſuſciperes. Et quidẽ tota vita hec
nec menſis eſt. nec vnius diei vel hore ſpaciũ. ad illius infelicitatis
eterne inferni comparationem. cui neqꝫ finis eſt. neqꝫ pena ſimilis
inuenitur. Hec auguſ.

¶ De penitentia cito facienda. iiij. ca. Tercia feria

Qui non accipit crucem ſuam ⁊ ſequitur me. non eſt me di
gnus. ſcribitur mathei. x. Per hanc crucem penitentia de
ſignatur. quam de neceſſitate quilibet peccator debet ſu

ſcipere ⁊ perſeueranter tollere. ſi in eterna beatitudine cuꝫ chriſto cupit regnare. Vnde hieronimus in epiſtola ad ſuſannā. Neceſſaria eſt pnia. que aut equet crimīa aut certe excidat. Et augu. Quiſquis ſaluari deſiderat. quicquid ſordis poſt puꝝ baptiſmū ɔtraxit. opoꝛꝫ ꝙ abluat. ſaltī lacrimis mētis. Sed forte dicis. Durus ē hic ſermo. nō poſſū mundū ſpernere. ⁊ carnē meā odio hr̄e ⁊ caſtigare. Audi nō meā ꝟ glorioſi hieronimi ſuꝑ hoc r̄nſionē. Impoſſibile ē inquit vt q̄s pn̄tibus ⁊ futuris fruat̄ bonis. vt hic ventrē ibi mentē impleat. vt de delicijs ad delicias trāſeat. vt ī vtroqꝫ ſeculo videlꝫ celo ⁊ terra appareat glorioſus. Quā hieronimi ſn̄iam greg⁹. cōfirmat ita dicēs. Multi cupiūt euolare de miſeria pn̄tis exilij ad gaudia celi. ſed nolunt carere oblectamentis mundi. vocat eas gratia chriſti. ſed reuocat eos concupiſcentia ſeculi. Pleriqꝫ cupiunt mori morte iuſtoꝝ ſed nolunt viuere vita eoꝝ. ⁊ hi in eternū peribūt. nā opera illoꝝ ſequunt̄ illos. Itē bernardus. Auſteritas ɔuerſationis ſancti iohānis baptiſte. pctōribus delicioſis durus nūcius ē eterne mortis. Quid enī nos irrōnales fere reptilia terre inſanim⁹. cū ille quo inter natos mulierū nemo maioꝛ ſurrexit. innocētiſſimū corp⁹ ſuū ſic afflixit. ⁊ nos indui p̄cioſis veſtib⁹ feſtiam⁹. ⁊ ſplēdide laute et delicate epulari. Nō ſic impij non ſic itur ad aſtra. Deniqꝫ recordare parabolam lazari ⁊ diuitis illius. qui opum tantaꝝ dominus qui purpura ⁊ byſſo indutus. vnam aque guttam inuenire non potuit ex hoc. cū eſſet in ardoris neceſſitate conſtitutus. Hec recordare mi amice. ⁊ age penitentiā dum tempus eſt. Nam vt inquit gregorius deus et ſi penitenti veniā ſpopōdit. peccāti tn̄ diē craſtinū nō ꝓmiſit. Pnia ē ꝑpetrata mala plāgere. ⁊ plangēda iteꝝ nō committere. id eſt ꝓpoſitū cōmittēdi nō habere. Vn̄ auguſ. in ſoliloquiis. Inanis ē pnia. quā ſequēs coinq̄nat culpa. Nihil ꝓſunt lamenta. ſi replicāt̄ pctā. Nihil valet a mal̄ veniā poſcere. ⁊ mala denuo iterare. ¶ Tres autem ſunt partes integrales penitentie. ſcꝫ cordis contritio. oris confeſſio. operis ſatiſfactio. Quia enim deum trib⁹ modis offendimus. ſcꝫ delectatione cogitationis. impudētia locutionis. ⁊ ſuperbia operis ſcd̄m regulam vt ɔtraria ɔtrarijs curent̄.

tribus modis oppoſitis ſatiſfaciam⁹.delectationi cogitatiõis op
ponamus ꝯtritionē.impudētie locutionis ꝯfeſſionē.ſupbie operiſ
ſatiſfactionē.¶ De ꝯtritione pmo videam⁹. Cõtritio ē dolor p
pctis aſſumptus.cū ꝓpoſito abſtinēdi ꝯfitendi ꝛ ſatiſfaciēdi. Jſte
dolor ſicut dicit bern̄.debꝫ eſſe triplex.ſcilicꝫ acer acrior acerrimus
Acer debet eſſe.quia dn̄m deū noſtꝝ ꝛ omniū creatorē offendimus
Acrior.quia patrē noſtꝝ celeſtē qui nos multipliciter paſcit impu
gnauimus.ꝛ in hoc peiores canibus fuimus qui paſcentē ſe diligūt
et ſequūt̄.Acerrimus vero.quia redemptorē noſtꝝ qui nos redemit
ꝓprio ſanguine.ꝛ a pctōꝝ vinculis liberauit.ꝛ a crudelitate demo
nū.ꝛ acerbitate gehenne potēter eripuit.q̄ꝫtū in nobis ē iteꝝ cruci
fiximus. Sed ꝛ de trib⁹ debemus dolere.ſcꝫ de cõmiſſo peccato. de
omiſſo bono. ꝛ de amiſſo tēpore. De virtute hui⁹ ꝯtritionis ſic di
cit auguſ. Plus valet cordis vera ꝯtritio.q̄ꝫ toti⁹ mūdi ꝑegrinatio.
Jtē quedā gloſa ſuꝑ pſal'. Ad dn̄m cū tribula. Neſcit dn̄s differre.
quē compunctū corde ſibi ſenſerit ſupplicare. Criſoſt. Sola ē com
pūctio que facit animā horreſcere purpurā.deſiderare ciliciū.ama
re lacrimas.fugere riſuꝫ. Jtē. Nihil ita glutinat ꝛ vnit nos deo.vt
lacrime penitētis. Econtra vͦ vt ait augu. Acriores diabolo dolo
res nõ infigimus. q̄ꝫ cū plagas pctōꝝ noſtroꝝ ꝯfitēdo ꝛ penitendo
ſanamus. Sed heu cū tanta bona ꝑ penitētiā ꝯſequamur.pauci ta
men penitētiā agūt. Jdeo ꝯquerit dn̄s hieremie.viij.dicēs. Nemo
qđ bonū eſt loquit̄.nullus ē qui agat penitētiā ſuꝑ pctō ſuo dicēs.
quid feci.¶ Nunc de ſcđo ſcꝫ de confeſſione videamus. Confeſſio
ſcđm qđ cõiter deſcribit̄.eſt legittima corā ſacerdote pctōꝝ declara
tio. Et dicit̄ ꝯfeſſio quaſi ſit' vel ex toto vl' vndiqꝫ faſſio. Nam ille
vere ꝯfitet̄.qui totū fatet̄. Vel ſic ſcđm yſidoꝝ in li.ethimologiaꝝ.
Cõfeſſio eſt ꝑ quā latens morbus anie ſub ſpe venie ꝯſequende.in
dei laudē aperit̄. De v̄tute ꝯfeſſiõis ſic dicit ambro.ſuꝑ Beati ima
culati. Ceſſat vindicta diuina.ſi ꝯfeſſio ꝑcurrat hūana. Et caſſio
dorus ſuꝑ illud pſal'. Cõfiteant̄ tibi populi deus. Jllis nõ iudex ſ
aduocatus ē xp̄s.qui ſe ꝓpria ꝯfeſſione damnarūt. Leo papa. Nõ
remanet iudicio ꝯdēnādū. qđ fuerit ꝯfeſſione purgatū. Et ...

in libro de penitentia. Confeſſio ē ſalus animaꝝ. diſſipatrix vicioꝝ. reſtauratrix virtutū. oppugnatrix demonū. Quid plura. Obſtruit os inferni. portas aperit paradiſi. Pro his omnibus o chariſſime. iuxta ꝯſiliū yſaie. dic tuas iniquitates vt iuſtificeris. Initiū enim iuſticie. ꝯfeſſio eſt peccatoꝝ. ¶ Oportet aūt te ꝯfiteri oia pctā tua. quoꝝ memoriā habes integre vni ſacerdoti nō diuiſim. ita vt vnā partē de pctis tuis dicas vni ſacerdoti. alterā alteri. q̄r tunc neuter ſacerdos pōt tibi ꝯferre remediū ſalutare. q̄r ſacramētū debet habere vnitatē ⁊ integritatē. aliter nō eſſet ꝯfeſſio ſacramentalis. Jdeo dicit bernardus. Qui ꝯfeſſionē ſuā diuerſis ſacerdotib⁹ diuidit. venia caret. Execranda nāq̧ fictio eſt pctā diuidere. et ſufficietenus radere. nō intrinſecus eradicare. Et tales accipiūt excōmunicationem ꝓ abſolutiōe. ⁊ maledictionē ꝓ benedictiōe. Talis diuiſio confeſſionis fit ſepius ꝑ hypocriſim. qñ grauiora pctā dicunt ignotis ſacerdotibus. ⁊ illi cū quo debēt ſepius ꝯuerſari dicunt ſolū leuiora De talibus dicit auguſ. ⁊ ponit̄ in decretis. Qui cōfeſſionē diuidit laudandus non eſt. qđ vni celat alij reuelat. qđ eſt ſeipm̄ laudare ⁊ ad hypocriſim tendere. ¶ Sequit̄ de tercia parte penitentie. ſcʒ de ſatiſfactione. Satiſfactio ſc̄dm auguſ. Eſt peccatoꝝ cauſas excidere. ⁊ eoꝝ ſuggeſtionibus aditū nō indulgere. Nā vt dicit gregorius Nequaq̄ȝ ſatiſfacimus ſi ab iniq̄tate ceſſamus. niſi voluptates q̄s dileximus. econtrario oppoſitis lamētis inſequamur. Et vt dicit criſoſt. Qualis p̄ceſſit offenſio. talis debet ſequi recōciliatio. Tanto eſto ꝓnus ad lamenta. quāto fuiſti ꝓnus ad culpā. Qualis tibi fuit ad peccandū intētio. talis tibi ſit ad penitendū deuotio. Grauia pctā grauia lamenta deſiderāt. Quia vt ait euſebius emiſſeni ep̄us. nō leui ꝯtritione agendū eſt vt debita illa redimant̄ quibus mors eterna debet̄. nec ꝑfunctoria opus ē ſatiſfactione ꝓ malis ill' ꝓpter que ꝑatus ē ignis eternus. De eodē ſic dicit ſctūs baſilius in omelia. Grande alicui peccatū ⁊ graue cōmiſſum ē. grandi ſine dubio ꝯfeſſione indiget penitētie. Multis ⁊ amaris lacrimis intētis per noctatiſq̧ vigilijs. iugibus ꝯtinuatiſq̧ ieiunijs. Si leue eſt delictū. par cōmiſſi ſit ⁊ ſimilis penitētia. Petrus quoq̧ bleſeñ. quen

dam conuerſum minus iuſte penitentem ſic hortatur de hoc. Uerbum illud ſapientis. a tuo ſinu memorie non excidat fili mi. De indulto et propiciato tibi peccato ſemper ſis ſollicitus. Sunt enim plerique qui ad perfectum penitentie ſibi ſufficere credunt quod a ſua turpitudine deſtiterint. nec recolunt exceſſus veteres. quaſi ſpacio temporis euanuerunt. et ſola obliuione credunt ſe cum domino ad plenum de ſuis iniquitatibus tranſegiſſe. In perſona huius penitentis iob ad dominū loquens dicit. Signaſti quaſi in ſacculo peccata mea. Non tam facile ſine fletu et gemitu et cordis acerbo dolore ſanantur. qui coaluerunt in medullis precordiorum. nec leuiter culpa remittitur. niſi cum quantitate peccati humilitas penitētie compenſetur. Sed heu multi ſtatim fatigantur in hac via ſatiſfactiōis et retroſpiciunt cū uxore loth. Contra quos ſic dicit bernardus in quodā ſermone. Qui perfecte ſenſerit onus peccati et anime leſionē. ille aut parum ſentiet aut omnino non ſentiet corporis penam. nec reputabit laborem. quo peccata nouerit deleri preterita et caueri futura. Et augus. ſuper pſal. quinquageſimū. Sunt multi quos peccare non pudet. agere penitentiā pudet. O incredibilis inſania. De vulnere non erubeſcitis. de ligatura vulneris erubeſcitis. Nonne vulnus fetidius et putridius eſt. Confuge ergo ad medicum. age penitentiam. dic iniquitatem meam ego cognoſco. et peccatum meum contra me eſt ſemper. tibi ſoli peccaui. quia tu ſolus ſine peccato es. ¶ Conſiſtit autē ſatiſfactio in tribus. ſcilicet in oratione elemoſyna et ieiunio. vt iſte trinarius contra iſtum nepharium diaboli trinariū opponatur. oratio contra ſuperbiam. ieiuniū contra carnis concupiſcentiam. elemoſyna contra auariciam. Uel ſic. Omne peccatū vel in deum committimus. et contra hoc ordinatur oratio. vel in proximū. et contra hoc elemoſyna. vel in noſipſos. et contra hoc ordinatur ieiuniū. ¶ Hic propter pauperes chriſti modicum de virtute elemoſyne tangamus. Elemoſyna componitur ab elemon quod eſt miſericordia et ſyna quod eſt mandatum. id eſt mandatum miſericordie. Et ſecundum hoc ſcribitur per e. Sed melius ſcribitur per i. et tunc dicitur elimoſyna ab eli quod eſt deus et ſyna. Inde elimoſyna quaſi manda

res. Quicquid enim vel in futuro ꝑmittit vel in p̄senti impedit. to
tū ad nihilū deueniet tanq̄ȝ aqua decurrēs. Et iō q̄ȝ breuiꝰ durat
q̄s prudēs querere curat. ¶ Quarto mūdana gloria iō ē nobis fugi
enda ⁊ ꝯtemnēda q: malignissima in retributione. q: nō ꝑducit ad
gloriā. ſ ad penā ⁊ cōfuſionē ſempiternā. Vn̄ oſee. iiij. Gloriā in ig
nominiā cōmutabo. videlicȝ in morte. qn̄ gloria trāſibit in ſummā
ignominiā ſeu ꝯfuſionē ſempiternā. Potētiā in impotētiā. ſapien
tia in ſtulticiā. ⁊ oēs delectatiōes i maximā penā. Nā ⁊ iuxta men
ſurā culpe. erit ⁊ mēſura pene. Nā ꝯtra animā que ſe ad mūdanas
voluptates effūdit. dn̄s grauiꝰ excandeſcit ſuis iudiciꝫ executoribus
dicēs. Quātū exultauit ſe in delicijs. tātū date ei tormētū ⁊ luctus.
Nō eſt igiꝰ dilectiſſime affectāda neqȝ amāda mūdi gloria. que cō
ſtat ex predictis eſſe viliſſima. fragilis ſeductoria ⁊ maligna. Si ve
ro ex his que iam ſcripta ſunt nō noueris ad mundi gloriam cōtem
nendum. audi qualiter glorioſus hieronimus alloquitur ipos tem
poralis glorie amatores ita dicens. Ve ve vobis qui ad celorum re
gna diuitiarum itinere feſtinatis. quoniam facilius eſt tranſire ca
melum per foramen acus. q̄ȝ diuitem intrare regnum celorum. Nō
mea ſunt verba hec. ſed chriſti. Si hec reuocabilis eſt ſentētia. chri
ſtus oīno non eſt deus. Celum inquit idem et terra tranſibunt. ver
ba autem mea non tranſibunt. Vlulate o vos miſeri vento. inſta
bilis fortune. nobiles ⁊ potentes qui alios confunditis et tanq̄ȝ ig
nobiles conculcatis. quia huius mundi vanitatibus honorumqȝ ⁊
falſarum dignitatuȝ fumo excecati. cum veſtre vite breuiſſime tela
morte velut a texente forte hac nocte ſuccideꝰ. in inferno fine inter
minabili pre alijs cruciabimini continuo moriendo viuentes. In
laboribus hominū in mundo non eſtis. imo non ſolum cum homi
nibus labores non fertis. ſed ⁊ laborantes viuere non permittitis.
Idcirco nō cū hoībꝰ. ſ cū diaboꝉ flagellamini. Quāto eniȝ in mūdo
maior fuerit gloria ⁊ leticia. tāto maior erit i inferno p̄parata pena
Sȝ quid dicā duodecim fatemur xp̄m apoſtolos elegiſſe q̄ꝝ vnus
omnium ſolus bartholomeus carnis origine fuit nobilis. ⁊ mathe
us diuitijs anteq̄ȝ apoſtolatum reciperet inſiſtebat. Ceteri vero

erant pauperrimi piſcatores. Cur hec retuli audiatis. Si chriſtus
verax eſt. ⁊ ſi oīa que ex eius ore audiui mēdacia nō ſunt. huiuſmodi
hominū vix vnus aptus regno reperiet̄ ꝺ mille. Qui vͦ eoꝝ mihi
nō credūt. poſt modicū temporis in tormētis poſiti ſentient. Sed
forte quis veritatis lumie cecus iā mirabit̄. Ad quem ego ſi hoc me
interroget. reſpondere. Nōne vnico credimus dānari hoīeꝫ morta
li peccato. Sed ſi hoc inquiet ita eſt. vix vnus de centū milib⁹ ſal
uabit̄. Sed quid diues ⁊ mortalis fame aura paſtus aliud eſt. qm̄
quoddā oīm pctōꝝ vas putridū. Vbi ſupbia vbi auaricia. vbi luxu
ria. nonne in diuitibus nobilibus ⁊ potētib⁹. Nōne ⁊ latrones ſunt
qui et paupeꝝ mercedē violēter depredant̄. ⁊ eos deprimūt atqꝫ ne
cant. Quid ex vbertate domus dī faciūt. qui vt paupibus neceſſa
ria ordinarēt receperūt. Certe ſupfluitatē veſtimētoꝝ. ſupfluitate
nimie addūt. de paupibus frigore ⁊ nuditate morietibus nō curan
tes. Palacia ⁊ edificia magna erigūt. vt humanis oculis ꝯtemplēt̄.
et paupes in plateis moriunt̄ incōmodis. Cōuiuia ꝑparant alijs
frequēter diuitibus. vt ferculis delicatiſſimis ſuā ventris repleant
ingluuiē. quibus paupes fame pereūt. Quid aliud eſt eoꝝ vita q̄ꝫ
peccata. Si vēter repletus ē tāta ciboꝝ copia. nōne ad fores adeſt
luxuria. Quid ergo amplius loquar cū omniū mortaliū lingua de
ficeret vt que pctōꝝ facerēt ītimaret. Nec deū niſi ſomniādo ꝯgno
ſcunt. nec ſe vt puto morituros arbitrāt̄. Non enī facile in pctā la
bit̄. qui ſe moriturū cogitat. et deū ſibi fore iudicē nō ignorat. Vere
nimis eſt imbecillis et miſer cui hoꝝ eſt memoria. ſi cūcta diaboli
ca tentamenta nō facile vilipendit. Idcirco vere dicā. Si deū ſuū
iudicē agnoſcerēt. et ſi ſe mori crederēt nō peccarēt ſaltim tā ſecure
Cur hi miſerrimi ad eccleſias ꝑperāt. Vt diuinis interſint myſte
rijs. an vt ꝯtemplent̄ mulieꝝ vultus. Hec ſua eſt meditatio. hec p̄di
catio ⁊ dei cognitio. Sic diuinā ꝑcunctant̄ legē vt pecunias terraꝫ
et mare pagrantes. crebris vigilijs et meditatiōibus ſibi ⁊ filijs ſu
is diuitias ꝯgregēt. Certatim veſtimēta ſua in ſocietate mira arti
ficij varietate frequēter mutēt. qm̄ vt ludos haſtiludia choreas ꝑ:
catiōes ebrietates magna ꝯuiuia. delicata fercula ſuis alternatim

tum dei. ipſe enim ꝓprio ore eam mādauit fieri. Unde in luca. Date elimoſynā ⁊ ecce omnia munda ſunt vobis. Uel dicit̄ elimoſyna ab eli qd̄ eſt deus ⁊ moys qd̄ eſt aqua. inde elimoſyna q̄ſi aqua diuina. Sicut enim aqua extinguit ignem. ſic elimoſyna extinguit peccatum. Hec catholicon. ¶ Sunt autē precipue tria que nos ad elimoſynas ſiue ad opera miſericordie exercenda debent ꝓuocare. Primum eſt quia miſericordia redimit culpam. Prouerbioꝝ. xvj. Miſericordia et veritate redimitur iniquitas. Et danielis. iiij. Peccata tua elemoſynis redime. Hoc pulchre figuratū ē quarti regū. iiij. vbi ſcribitur ꝙ mulier que cōgregauit in domo ſua vaſa vacua nō pauca. parum olei qd̄ habuit in oīa vaſa diuiſit. ⁊ ſic creuit oleū. per qd̄ mulier a creditore liberatur. Uaſa vacua ſunt pauperes. q̊s in domo debemus congregare. Iſaie. lviij. Egenos vagoſq̨ induc in domum tuam. Parum autem olei per omnia vaſa diſtribuitur. Iuxta illud tobie. iiij. Si exiguum tibi fuerit. etiam exiguum libenter impartire ſtude. Inde cum oleum miſericordie creſcit per meritum et gratiam anima peccatrix creditori ſuo deo de peccatis ſuis ſatiſfacit. ¶ Secundo elemoſyna bona temporalia multiplicat. Unde gregorius in dyalogo. Terrene ſubſtantie per hoc ꝙ pauperibus diſtribuuntur multiplicantur. Exemplū habemus tercij regum. xvij. in vidua que heliam pauit. cui propter hoc dominus farinam ⁊ oleum multiplicauit. Per qd̄ datur intelligi. ꝙ pauperes magis paſcunt elemoſynarios q̄ȝ ecōtra. ¶ Tercio elemoſyna ſiue opus miſericordie in morte elemoſynarium cuſtodit. ⁊ animā eius cum claritate ad regnum celorum perducit. Unde dicit ambroſius Sola miſericordia comes eſt defunctorum. O q̄ȝ bonus q̄ȝ neceſſarius comes eſt morienti elemoſyna. Noli ergo dilecte famulum talem aduocatū poſt tergum derelinquere. ſicut illi qui res ſuas auare retinentes. nihil in vita ſua ꝑ manus ꝓprias paupib⁹ diſtribuūt ſed eas poſt vitam per manus alienas diſpenſandas diſponunt. ſimiles illi qui poſt tergū vult portare lucernā. cū tn̄ dicit eccleſiaſticus. Ante languorem adhibe medicinā. Idem. Ante mortem bene fac amico tuo. id eſt anime tue. vel xp̄o in membris ſuis ſcȝ pauperibus

Preterea eſt ſciendū q̄ diues a quo petitur elemoſyna debet ꝯſide rare tria. Primo quis eā petit. quia ipſemet dn̄s. Deus eni tm̄ dili git paupes. q̄ quicquid fit eis ꝑpter amorē ſuū reputat ſibi factū. Vn̄ ſcribitur mathei. xxv. Quicq̄d feciſtis vni ex his fratrib⁹ meis minimis mihi feciſtis. Petit ergo elemoſynā per pauperē ſuū deus a quo diues in oratiōe ſua quotidiana petit regnū. Et ideo cū pau peri negat diues elemoſynā. timere debet q̄ deus non exaudiet eū. cū petit ab eo regnū celoꝝ. q2 dicit̄ ꝓuerbioꝝ. xxj. Qui obturat aurē ſuā ad clamorē paupis. ⁊ ipſe clamabit ⁊ nō exaudiet̄. Debet diues ſcd̄o ꝯſiderare q̄ petit deus q̄n elemoſynā in ſuis paupibus petit. petit vtiq3 non noſtꝝ ſ3 ſuū. Et ideo valde ingratus ē deo qui pau peri negat neceſſariā elemoſynā cū de bonis dei habeat abundant̄ Hoc ꝯſiderauit dauid qui dixit primo paralip. xix. Tua ſunt domi ne oīa. ⁊ que de manu tua accepimus dedimus tibi. ¶ Tercio deb3 ꝯſiderare diues ad q̄d petit deus. Petit reuera ꝑ pauperē deus non ad dandū ſ3 ad mutuandū. nec tm̄ ad triplas imo ad centuplas vſu ras. Vn̄ dicit auguſ. O hō quid feneraris homi. fenerare deo tales vſuras ⁊ cētuplū accipies. ⁊ vitā eternā poſſidebis. Et idcirco ni mis ē ingratus qui ad tales vſuras non vult accōmodare deo. ad q̄ les mutuaret iudeo vel ſarraceno. Pro his oībus chariſſime the ſauriza tibi per paupes in celo tanq̄3 in tuto. opera miſericordie fa ciendo in terra. Cor auari ē quaſi fouea ſine fundo. ⁊ quo plus reci pit plus ꝯcupiſcit vt nunq̄3 videat̄ impleta. Juxta illō eccleſiaſtes vij. Auarus nō implebit̄ pecunia. Attēde q̄ cor ſequit̄ theſaurum. Ve autē illi qui in terra theſaurizat. qui ꝑ ꝯſequens cor ſuū in terra loco tā ꝑiculoſo exulauit. Jlluc ergo dicit criſoſt. Congrega ſubſtā tia n tuā vbi patriā habes. qui eni collocat theſauꝝ ſuū in terra nō habet quid ſperet in celo. Vt quid eni aſpicit ī celū. vbi nihil hab3 repoſitū. Jllō ſolū tuū reputa q̄d paupibus erogaſti. Nō ſunt eni hominis bona que ſecū deferre non pōt. Ambroſius. Nil tm̄ com mendat̄ q̄3 miſeratio caritatis. Nō memini me legiſſe mala morte mortuū. qui libenter exercuit opa pietatis. Leo papa. Jlle ad dn̄m integros fructus ꝓmittit. a quo nunq̄3 paup triſtis receſſit. Tanta

eſt virtus miſericoꝛdie vt ſine ea alie virtutes ſi ſint. prodeſſe non
poſſint. Quãuis enĩ q̃s fidelis ſit ꝛ caſtus ſobꝛius. ꝛ alijs maioꝛib⁹
oꝛnatus virtutibus. ſi tamen miſericoꝛs non eſt. miſericoꝛdiam nõ
meretur. Hec in fauorem pauperum ꝺ virtutibus elemoſyne ꝛ ope
rum miſericordie dicta ſufficiant. ¶ Nunc ad ꝓpoſitũ redeamus.
Qui non accipit crucẽ ſuã ꝛ ſequitur me. non eſt me dignus. Iſta
crux penitentie aſſumenda eſt cito ꝛ in tẽpoꝛe iuuentutis. quia tũc
deo magis placet ꝛ homini magis ꝓdeſt Iuxta illꝺ eccleſiaſtici. xi.
ita iniuſtis quicquid ſciēt erit in merorē ꝛ ꝯfuſionē. Amicicia autē
qua inuicē pij ſumma iocūditate copulabūt. ſi qua impijs erit. in
tormētū illis erit. Quo enī magis quoſq; amabūt. eo magis in eoꝝ
pena dolebūt. Diſcordiā habebūt cū omni creatura. ꝛ oīs creatura
diſcordabit cū illis. Hinc ergo ꝑ ꝑtāte bonoꝝ. tāta impotētia eos
ſequeret. vt oīno nihil eoꝝ que voluerint poſſint. ꝛ quicquid habu
erint nolint. Igit ꝑ honore ſctōꝝ obtinebūt ꝑhenne obprobrium
Et hec quo fine claudent. Vere ſicut amici dei ſecuri erūt ſe nūq̄ȝ
amiſſuros bona ſua. ita iſti inimici dei oīno deſperabunt ſe ampli
us iaȝ perdituros hec mala ſua. Pro eterno ꝛ ineffabili gaudio bo
noꝝ hereditabunt incogitabilē triſticiā. omnes qui ꝑ impenitudi
ne reatus ſui trāſituri ſunt in ſocietatē demonioꝝ. Hec ancelmus.
In illa igitur futura beatitudine. vt ait beatus augu. Deus omnes
ſenſus beatoꝝ ſpūali ꝛ ineffabili delectatione reficiet. cū ipſe obie-
ctum omniū ſenſuū ſit futurus. Erit nancq; deus ſpeculum viſui.
cythara auditui. mel guſtui. balſamū olfactui. flos tactui. qꝛ ꝓptea
deus homo factus eſt vt totum hominē in ſe beatificaret. vnde ſen
ſus interior reficietur in contemplatione diuinitatis. ꝛ ſenſus exte
rior in contemplatione humanitatis. Et breuiter ſcḋm auguſti. ꝛ
grego. Tanta ē ibi pulchritudo iuſticie. tanta iocunditas lucis eter
ne. vt etiā ſi non liceret in ea amplius viuere ſeu morari. niſi q̄ȝtuȝ
vni⁹ diei mora. ꝓpter hoc innumerabiles huius vite dies pleni de
licijs ꝛ circūfluentia tꝑaliū bonoꝝ recte meritoq; cōtemnerentur.
Non enim falſo aut paruo affectu dictum eſt. quia melior eſt dies
vna in atrijs tuis ſuper milia. Bernardus. Quis in hac vita pen
ſare poteſt. quanta ſit illa felicitas beatorum videre deum eſſe cuȝ
deo qui erit omnia in omnibus. habere deum qui eſt ſummū bonū
ꝛ vbi eſt ſummum bonum. ibi eſt ſumma felicitas. ſumma iocundi
tas. vera libertas. perfecta caritas. eterna ſecuritas. ꝛ ſecura eterni
tas. Auguſtinus dicit. O gaudium ſuper gaudium videre deū qui

eum qui ſaluauit eum·qui glorificauit euꝫ.videre faciem dei ſui qđ eſt ſummū bonū.gaudiū angeloꝝ atqꝫ omniū ſanctoꝝ. Qui quidē deus ſcđm grego.tā ineſtimabilis pulchritudinis eſt.vt angeli qui ſolē ſeptēpliciter ſua vincūt pulchritudine.ingiter in eū inſatiabiliter deſiderent ꝓſpicere. Itē auguſ. Nulla ibi cōſurget malicia.nulla carnis miſeria.nulla iam peccādi voluntas nec delinquēdi poteſtas.ſed totū exultatio.totū leticia poſſidebit.homīes angelis ſociati. O anima mea iā vidiſti quanta ſint iuſtoꝝ gaudia.q̄ꝫ grandis leticia.quāta ſerenitas.quāta iocunditas illius ſuperne ciuitatis. O felix iocunditas.o iocunda felicitas ſctōs videre ⁊ cū ſanctis eſſe ⁊ eſſe ſanctū.deū videre deū habere in eternū ⁊ vltra. Si quotidie oporteret nos tormēta ꝑferre.ſi ipſam gehennā longo tꝑe tollerare vt xp̄m in gloria ſua videre poſſemus ⁊ ſanctis eius ſociari.nōne dignū erat pati omne qđ triſte eſt.vt tāte glorie tātiqꝫ boni participes haberemur. Quapropter aīa mea a turba terrenorū deſideriorꝫ ſeceſſum mentis petamus.⁊ inde a ſecreto cordis illicitarū cogitationū tumultus expellentes.⁊ intentione patrie ſuꝑne in amorem intime quietis anhelantes.reuertamur ad ciuitatē celeſtē in q̄ ſcripti ſumus ⁊ ciues decreti. Sicut ergo ciues ſanctoꝝ ⁊ domeſtici dei.⁊ ſicut heredes dei.coheredes autē xp̄i vt ad eū cito ꝑuenire valeamus. Si queramus quō hoc fieri pōt.vel quib⁹ meritis vel auxilijs. Audi.res iſta poſita eſt in poteſtate faciētis. quoniā regnū celoꝝ vim patit̄. Regnū celorū o homo aliud nō querit preciū niſi te ipſum.tantū valet quantū es te da ⁊ habebis illud Quid turbaris de precio.xp̄s ſemetipm̄ tradidit.vt acquireret te regnū deo patri. Ita tu temetipm̄ da vt ſis regnū eius.ac nō regnet peccatū in tuo mortali corꝑe ſed ſp̄us in acquiſitione vite. ¶ O peccatrix aīa et miſera ſi hec que tibi iam dixi de gaudijs ⁊ excellentijs quib⁹ ſancti et electi dei in eternū gaudebūt in regno celoꝝ non te moueant ad ꝓmerendū per penitētiā ⁊ per opera virtuoſa cū gratia dei regnū celeſte.timeas ⁊ paueas atqꝫ timēdo ꝯſidera miſerabiles ꝯditiones ⁊ penalitates inferni ciuitatis diaboli.vt timore ⁊ pauore reſurgas et reuertaris ad dn̄m deū tuū toto corde. De quibus penis ſciendū

q̄ cum in damnatis ſit diuerſitas peccatorū. erit etiam diuerſitas penarū. Vnde gregorius. Vnus quidem gehenne ignis credendus eſt. ſed non vno modo cruciat omnes peccatores. Vnuſquiſq̄ eniꝫ quantū exigit culpa. tantū ſentiet de pena. Sicut ab eodem igne aliter vritur palea. aliter lignum. aliter ferruꝫ. Iſte ignis taliter inflāmatus eſt ab ira iudicis ſuccenſus. q̄ nouo incendio non indigebit vſq̄ in ſempiternū. Job. xx. Deuorabit eos ignis qui nō ſuccendet. De acerbitate huius ignis dixit ſebaſtianus cui angelus ad aurem ſtabat. q̄ iſte ignis ſenſibilis ita ſe habet ad ignem gehennalē ſicut ignis depictus in pariete ad iſtū ſenſibilem. De iſto igne erit ſcḋm yſidor. In inferno aliquid obſcuri luminis. quo damnati videri poſſint vnde doleant nō vnde letentur. Eos quippe quos reprobi nunc inordinate diligunt. ſecum tunc in tormentis videbūt. vt penam ꝓprie cognitionis exaggeret carnalis cognatio auctori prepoſita pari ante oculos vltione dānata. Hic ſolet queri an damnati videant gloriam beatoꝝ. Ad hoc reſpōdet grego. in omelia de diuite epulone ſic dicēs. Credendum eſt q̄ ante retributionem extremi iudicij iniuſti in requie quoſdam iuſtos conſpiciant. vt eos videntes in gaudio non ſolum de ſuo ſupplicio ſed etiam de illorū bono crucientur. Iuſti vero in tormentis ſemper intuenṫ iniuſtos vt hinc eoꝝ gaudiū creſcat. quia malū ꝯſpiciunt qḋ miſericorditer euaſerunt. tantoq̄ maiores ereptori ſuo gratias referunt. quāto vident in alijs qḋ ipſi ꝑpeti ſi eſſent relicti potuiſſet. Et vt idem alibi ait. Non fuſcabit beatitudinem iuſtoꝝ aſpecta pena reproboꝝ. quoniā vbi iam cōpaſſio miſerie non erit beatorū leticiā minuere non valebit. Et ſi enī in natura ſue bonitatis miſericordiā habēt. iam tūc auctoris ſui iuſticie ꝯiuncti tota rectitudine cōiungenṫ. vt nulla ad reprobos compaſſione moueantur. Vnde dicit ꝓſper. q̄ tunc filiorum parentum cōiugum miſeria beatos contriſtare non poterit. Videbunt autē damnati beatos ante diem iudicij nō hoc modo. q̄ gloriam eoꝝ qualis ſit cognoſcāt. ſed ſolūmodo cognoſcēt eos eſſe in gloria quadā ineſtimabili. Et ex hoc cruciabunṫ. tum ꝓpter inuidiā dolētes de felicitate bonoꝝ. tum ꝓpter hoc q̄ ipſi talē

gloriam amiſerũt. Sed poſt diem iudicij omnino beatoꝝ viſione priuabũt. nec tñ ex hoc eoꝝ pena minuet̃ ſ; augebit̃. q: memoriã ha bebũt btõꝝ glorie. quã in iudicio ⁊ añ iudiciũ viderũt. ⁊ hec erit eis in tormẽtũ. Sꝫ vlterius affligent̃ in hoc. ꝙ videbũt ſe indignos re putari etiã videre gloriã. quã ſcti mereñt habere. ❡ Item põt queri an dãnati videãt que in hoc mũdo agũt̃. Ad hoc rñdet greg⁹. in. xij libro moraľ. ꝑtractãs illud iob. ix. ſiue nobiles fuerint filij eius ſiue ignobiles nõ intelligit. Sicut hi qui adhuc viuẽtes ſunt mortuoꝝ anie q̃ loco habeãt̃ ignorãt. ita mortui vita in carne viuẽtium poſt eos qualiter diſponat̃ neſciũt. quia vita ſpũs lõge ẽ a vita carnis. Qđ tñ de aniabus ſctis ſentiẽdũ nõ eſt. quia que intus omĩpoten tis claritatem vident nullo modo credẽdum quia ſit aliquid foris qđ ignorent. Boni ergo vident que fiunt circa ſuos. mali autẽ nõ. Et ſi dicas magis diſtat a dãnatis gloria beatoꝝ. q̃ꝫ ea que in hoc mundo aguntur. ſed ipi non vident ea que circa nos aguntur. ergo multo minus poſſunt videre gloriã beatoꝝ. Dico ea que hic agunt̃ non ita affligerent damnatos in inferno ſi viderentur. ſicut gloria beatoꝝ inſpecta. Vnde non ita oſtenduntur damnatis ea que hic aguntur ſicut ſanctoꝝ gloria. q̃ꝫuis etiaꝫ eorũ que hic agunt̃ oſten dantur eis que in eis triſticiam augere poſſunt. licet per ſe nõ vide ant. ❡ Item queritur an damnati ĩ inferno velint oĩno alios eſſe damnatos. Ad hoc dico ſicut in beatis in patria erit perfectiſſima caritas. ita in damnatis erit perfectiſſimũ odium. Vnde ſicut bea ti gaudẽt de oĩbus bonis. ita mali de oĩbus bonis dolebũt. Vñ feli citas ſctõꝝ ꝯſiderata eos maxime affligit. vñ vellẽt oẽs bonos eſſe damnatos. Tanta eniꝫ erit inuidia in damnatis. ꝙ etiã ꝓpinquo rum glorie inuidebunt. cũ ibi ſint in ſumma miſeria. cũ etiã in hac vita hoc accidit creſcẽte inuidia. Si tñ minus inuident ꝓpinquis q̃ꝫ alijs. Et maior eſſꝫ eoꝝ pena ſi oẽs ꝓpinq̃ dãnarẽt̃ et alij ſalua rent̃. q̃ꝫ ſi aliqui de ſuis ꝓpinquis damnarent̃. Et exinde fuit ꝙ di ues petijt ſuos frẽs a damnatione eripi. Sciebat eniꝫ ꝙ aliq̃ eripe rentur. maluiſſet tñ fratres ſuos non cum omnibus alijs damnari Et ſcias ꝙ q̃ꝫuis ex damnatoꝝ multitudine pena ſinguloꝝ augea

tur. tamen tm̄ ſupcreſcit odium ⁊ inuidia. ꝙ magis eligunt torque
ri cū multis q̄ȝ minus ſoli. ¶ Queri etiam pōt an mortui maxime
damnati vel recordent̄ ea que hīc ſciuerāt. Ad hoc dico ꝙ in dam
natis erit ꝯſideratio eoꝝ que prius ſciuerūt. vt materia triſticie. nō
autē vt delectationis cauſa. Conſiderabūt enī ⁊ mala que geſſerūt
ex quibus damnati ſunt. et bona dilecta que amiſerunt et ex vtraqȝ
torquebunt̄. Preterea ſcias ꝙ duplex pena in genere erit ī inferno.
ſcȝ pena damni ⁊ pena ſenſus. quas tāgit xp̄s mathei. vij. vbi dicit
Oīs arbor q̄ non facit fructū bonū excidet̄ et in ignē mittet̄. De
pena ſenſus que multiplex eſt. ſic dicit grego. ſup illud mathei. viij
eijcient̄ in tenebras exteriores. In inferno erit frigus inſuperabile
ignis inextinguibilis. vermis īmortalis. fetor intollerabil̄. tenebre
palpabiles. flagella cedentiū. horrida viſio demonū. ꝯfuſio pctōꝝ
⁊ deſperatio omniū beatorū. Itaqȝ damnati pleni erūt omniū mi
ſeria et dolore. habebūt enim fletū in oculis. ſtridorē in dentibus.
fetorē in naribus. gemitū in vocibus. terrorē in auribus. vincula in
manibus ⁊ pedibus. igniſqȝ ardorē in mēbris ſuis oībus. Vn̄ quidā
ait. Infernus eſt fouea mortifera. penis omibus et miſerijs referta
Ibi vt ſcribit̄ yſaie. xiij. Vnuſquiſqȝ ad ꝓximū ſuū ſtupebit facies
combuſti vultus eoꝝ. Baruth. vj. Nigre ſunt facies eorum a fumo
Nam oīs vultus peccatoꝝ redigent̄ in ollā. vt habetur iohelis. ij.
Item acerbitas penaꝝ infernaliū pōt ꝯſiderari ex fletu et ſtridore
dentiū. ex deſiderio mortis. ex mādncatiōe linguarū. et blaſphemia
creatoris. et ex multis alijs his ſimilibꝰ. que oīa ibidē ſunt ventura
vt patet ex locis varijs ſcripturaꝝ. Vn̄ apocalip. xvj. Comederūt
linguas ſuas p̄ dolore. et blaſphemauerūt deū celi p̄ doloribꝰ ⁊ vul
neribus ſuis. Tanta erit acerbitas penaꝝ ꝙ peccatores vitā quam
omnes appetūt ſpreta ⁊ ꝯtempta. mortē quā omnes fugiūt ardēti
deſiderio affectabūt. Apocalip. ix. In diebus illis querēt hoīes
mortē et non inuenient eā. et deſiderabūt mori ⁊ fugiet mors ab eis
Criſoſtimus. Ibi quid agemꝰ. quid reſpōdebimꝰ. nihil erit ibi ni
ſi ſtridor dentiū. niſi vlulatus ⁊ fletus et ſera penitētia. ceſſantibꝰ
vndiqȝ auxilijs ⁊ vndiqȝ inualeſcentibus penis. ſed nec ſolaciū qui

dem vſq3 vllum. Nulli enim occurrent oculis noſtris niſi ſolum pe narū miniſtri ⁊ facies vndiq3 dura tortoꝝ. et qđ eſt omniū deterius nec aeris quidē ipſius vllū erit ſolaciū aut lucis. In his aūt poſitis quis tremor. imo que reſolutio viſceꝝ ē diuulſioq3 mēbroꝝ. que aut quāte om̄ibus ſenſibus cruces. nullus nūc poterit ſermo explicare. De pena damni ſic dicit criſoſt. Nōnulli imperitoꝝ putabant ſibi eſſe ſatis ⁊ optabile videri ſi gehenna tm̄modo careāt. ego aūt mul to grauiores q̄3 gehennā dico eſſe cruciatus remoueri ⁊ abijci ab il la gloria. excludi ab illis bonis que ꝑparata ſunt ſctis. Intollerabi lis quidē res ē gehēna ⁊ ſuppliciū illud horribile. tñ ſi mille aliquis ponat gehēnas nihil tale dicturus eſt. quale ē a beate illius glorie honore ꝓpelli. odio xp̄i haberi. ⁊ ab illo audire nō noui vos. Eteni decē milia meli⁹ ē ſuſtinere fulmina. q̄3 vultū illū māſuetudinis pi etatiſq3 plenū nos aduerſantē videre. et illos totius trāquillitatis oculos nequaq̄3 nos aſpicere ſuſtinētes. Sed nequaq̄3 iſtud patia mur. o vnigenite fili dei. neq3 expiamur intollerabile illud horrēdū q3 ſuppliciū. Hec criſoſt. Ve nobis quia de his malis nō cogitam⁹ ſed quaſi ſecure torpētes ⁊ an̄ie curā negligētes ad hec ſine ceſſatio ne ꝓperamus. Sed dicit forte aliquis. videť q̄ iniuſtus eſt deus. q̄ homo ꝑ vno pctō mortali vna hora ꝑpetrato eternaliter puniť. Hāc queſtionē mouit grego. ⁊ ſoluit ſic. Scire inquit petrus velim quō culpa que cū fine ꝑpetrata ē. ſine fine puniať. Et rn̄det grego. hoc recte diceret ſi diſtrictus iudex non corda hominū ſ3 facta pen ſaret. Iniqui eni̅ ideo cū fine deliquerūt quia cū fine vixerūt. Nam voluiſſent vtiq3 ſi potuiſſent ſine fine viuere. vt poſſent ſine fine peccare. Oſtendūt eni̅ quia in pctō ſemꝑ viuere cupiūt. q̄ nunq̄3 deſinūt peccare dū viuūt. Ad magnā ergo iuſticiā iudicātis ꝑtinet vt nunq̄3 careāt ſupplicio. qui in hac vita nunq̄3 voluerunt carere pctō. et nullus deť iniquo terminus vltionis. qui q̄3diu vixit habe re noluit terminū criminis. Alia v̄o ratio quare peccatū mortale obligat ad eternā penam pōt ſumi ex parte eius in quē peccať. qui eſt infinite bonitatis ⁊ potētie. ſc3 deus. Vn̄ ⁊ offenſa ipſius infini ta pena digna ē. quia quāto ē maior in quē peccať. tāto magis pec

catum punitur. ſcḋm philoſophum in .vj. ethicoꝝ. Et criſoſt. dicit
Omnis iniuria talis eſt. qualis fuit perſona iniuriam patientis.
In magna eniꝫ perſona ⁊ ſi modica fuerit iniuria facta magna eſt.
In modica autem perſona ⁊ ſi magna iniuria fuerit modica videt̄
Hec omnia dilectiſſime mihi cognoſcens et corde iugiter recolens
eſto ſollicitus de ſalute tua. ⁊ iſtud eternū ⁊ crudele infernale ſuppli
cium reſpice. conſidera in temetipſo que ſunt vtilia ⁊ ſalubria anīe
tue. Quid melius eſt in preſenti ſeculo ꝓ peccatis plangere ⁊ peni
tens crebrius obſecrare. aut ibi in ignem eternū ſine aliqua vtilita
te deflere. In hoc enim breui tempore per penitentiaꝫ ⁊ lacrimas.
indulgentiam ⁊ conſolationem mereris. Plange ergo hic modicuꝫ
p̄dilectiſſime. vt ne plangas in ſecula ſeculorum. Humiliare hic ne
ibi humilieris in exterioribus tenebris. ⁊ mittaris in igneꝫ inextin
guibilem. Beatus ille qui hic poſitus. feſtinauerit in die iudicij di
gnus inueniri. Miſerabilis vero qui peccando indignū ſe a gloria
domini conſtituerit. In illa hora nubes rapiēt omnes ſanctos ſur
ſum in celum. impios autem diaboli rapient mittere in caminū ig
nis ardentis. Quis dabit capiti meo aquā immenſam. ⁊ oculis me
is fontem lacrimarum iugiter emanantem. vt plorem memetipm̄
die ac nocte obſecrans dominū ne indignus inueniar in hora illa
aduentus eius. Et ne audiam illam ſententiā formidandā. Diſce
de a me oꝑarie iniquitatis. neſcio te quis ſis. Qđ a nobis auertat
ieſus dn̄s noſter. qui viuit ⁊ regnat eternaliter Amen.

Explicit ſpeculū ſeculariū ⁊ huius mundi amatoꝝ.

¶ Incipit ſpeculum ſiue ſtimulus penitentie. j. ca.

IAm ad vltimū ſcꝫ ad ſtimulū penitētie in primo hu
ius totalis libri ꝓlogo ꝓpoſitū ſpū ieſu operāte ma
nū mittēs. accipio ꝓ fundamento ⁊ loco thematis il
lud qđ ſcribit̄ Sapiētie. xj. Diſſimulas pctā hoīm ꝓ
pter penitentiā. ¶ Circa materiā de pn̄ia notanda
ſunt quatuor. ſcꝫ ꝙ quatuor ſunt pn̄ie incitamēta. quatuor pn̄ie im

pedimēta. quatuoꝛ penitētie documēta. ⁊ quatuoꝛ penitētie emolu
mēta. ¶ Quatuoꝛ pnīe incitamēta ſunt iſta. amoꝛ xp̄i quē offendi
mus. doloꝛ ꝓ gratia quā amiſimꝰ. hoꝛroꝛ pene quā incurrimꝰ. et ti
moꝛ mortis ad quē decurrimꝰ. Inter hec quatuoꝛ primū incitamē
tū ad penitēdū eſt amoꝛ xp̄i quē offendimꝰ. Si enī xp̄i bn̄ficia cogi
tarēmꝰ. ⁊ noſtrā ingratitudinē pōderemꝰ. nō ē dubiū quin ſi vſum ra
tionis habemꝰ occaſionē pnīe ſentiemꝰ. Scribunt naturales ꝙ ar
pia auis ē hūs faciē quaſi hoīs. Sꝫ ē auis multū crudelis ⁊ feroꝛ in
tantū ꝙ interdū fame ſtimulāte hoīez inuadit ⁊ occidit. Sitiēs ad
aquā volat vt bibat. vbi faciē ſuā intuēs ⁊ ſibi ſimilē ſe occidiſſe re
colligēs. tanto dolore cōpatit̄ ꝙ exinde qn̄qꝫ morit̄. Quid igit̄ nos
ratiōe vigētes faciemꝰ. qn̄ dn̄m noſtꝝ ⁊ fratrē noſtꝝ xp̄m quātū no
ſtra infuit nos occidiſſe cognoſcimꝰ. Hoc aūt videmꝰ expſſe. cum
ꝟbū dei audimꝰ. vel deuota ſctoꝝ ſcripta legimus. Et quicūqꝫ nō
penitet ꝺ pctīs iſta recogitās. nō ē ꝑfecte xp̄ianus nec euāgelio xp̄i
credit. Et iō ſignāt̄ dr̄ marci. j. Penitemī ⁊ credite. ¶ Secundū in
citamētū ē doloꝛ ꝓ gratia quā amiſimꝰ. Efficimur enī ꝑ culpā de
filijs dei filij diaboli. ꝺ familiaribꝰ ⁊ amicis xp̄i. hoſtes ⁊ ꝓditores ⁊
emuli. ⁊ ꝺ regni celeſtis heredibꝰ ſumꝰ exules ⁊ ꝓſcripti. In libro ꝺ
naturis reꝝ dr̄. ꝙ ſit quedā auis que vocat̄ auis ꝑadiſi. que ꝓpt̄ in
ſignē pulchritudinē ſic vocat̄. Sūt enī pēne eiꝰ auis adeo pulchre
⁊ mirabiles. ꝙ nullꝰ coloꝛ eis deeſſe credat̄. Vox eiꝰ ē ita dulcis ⁊ pia
ꝙ poſſit in hoīe deuotionē ⁊ gaudiū excitare. Hec auis ſi capta fue
rit ⁊ illa queata. irremediabilit̄ plāgit ⁊ gemit. nec vnq̄ꝫ plāgere de
ſinit donec reddita fuerit libertati. Moralit̄ auis iſta ē figura ⁊ ex-
emplū aīe xp̄iane. Hec aīa qn̄ ē in gratia ē auis pulcerrima. qꝛ in ea
relucet ymago trinitatis naturalit̄ ſibi impſſa. Imago inquā deco
rata ꝟtutibus ⁊ gratia vt nihil ſibi deſit. quin ſit dei figura ⁊ patrie
celeſtis incola gratioſa. Iſta illaqueat̄ ⁊ capit̄ in laqueo demonis
quādo peccat. Quid ergo reſtat et facere. niſi plangere et ploꝛare.
flere et dolere. et inceſſanter penitere. donec per gratiam reconci-
liationis in ſtatum priſtinum reducatur. et de bufone diaboli fiat
denuo auis paradiſi. Sic planxit et gemuit ſanctus latro. iuxta

chriſtum ſuſpenſus donec a fonte gratie. chriſto a quo plenariam omniū peccatoꝝ ſuoꝝ remiſſionē ⁊ gratiā obtinuit audiuit. Amen dico tibi hodie mecū eris in paradiſo. Luce. xxiij. Et ideo bene dicit mathei. iij. Penitentiā agite appropinquabit enim regnum celoꝝ. ¶ Terciū incitamentū penitētie eſt horror pene quā incurrimus. Iſtū horrorē ſatis ſibi impreſſerat ſctūs Iob qn̄ dixit. Dimitte me ergo vt plangā paululū dolorē meū anteq̄ȝ vadā et non reuertar ad terrā tenebroſam ⁊ opertā mortis caligine. terrā miſerie et tenebrarū. vbi nullus ordo ſ; ſempiternus horror inhabitat. Et apoſtolus ad hebreos. x. Horrendū ē incidere in manus dei viuētis. Vn̄ btūs grego. ix. moraliū ſic inquit. Horrēdo mō fit miſeris mors ſine morte. finis ſine fine. defectus ſine defectu. quia ⁊ mors ſemꝑ viuit. et finis ſemꝑ incipit. ⁊ deficere defectus neſcit. mors perimit ⁊ nō extinguit. dolor cruciat ſed pauorē nō fugat. flāma cōburit ſed tenebras non excutit. Hec grego. Iſtud penitētie incitamētū multos mouit quia ſic a timore pene qui ē timor ſeruilis ⁊ inicialis gignit̄ timor filialis. ſicut ſeta p̄cedit filū ſcd̄m auguſ. Et ſic incepit iohānes baptiſta predicare iudeis phariſeis ac ſaduceis dicēs. Progenies viperarū quis vobis demonſtrabit fugere a vētura ira. Facite ergo fructū dignū penitētie. Mathei. iij. ¶ Quartū incitamentū penitentie ē timor mortis ad penā trāſcurrimus. Hec eniȝ ratio ē ſcd̄m beatū grego. quare deus diē mortis noſtre nobis incertū eſſe voluit. vt dū ſemꝑ ignorat̄ ſemꝑ ꝓximus eſſe credat̄. et ideo ſemꝑ parati inueniamur. xij. moral̄. Penitētia aūt poſt mortē eſt impoſſibilis. quia homo in morte deſinit eſſe viator. Penitētia ꝓpe mortē eſt valde difficilis. tum quia dolor languoris corꝑis occupat totaliter vires mētis. ⁊ cū homo tm̄ vnicū cor habeat non habet ꝑ tunc vbi dolorē ꝑ culpa ꝓducat. tū quia homo tūc non pōt eſſe certus an doleat ꝑ peccato ſuo ductus timore an ductus amore. Vn̄ btūs auguſ. in quodā ſermone ⁊ ponit̄ in canone d̄ pn̄ia diſ. ij. Qn̄ morbus vrget et pena terret ad verā vix quis veniet ſatiſfactionē. maxime cuȝ filij quos illicite dilexerat ſint pn̄tes. vxor et mūdus ad ſe vocēt. multos enī ſolet ſerotina penitentia decipe. Hec auguſ. Qn̄ enī pſona

nobilis infirmatur grauiter. vix inuenitur aliquis qui ꝺ anime ſue ſalute audeat ſibi loqui. Executores ſollicitant circa diuitias ⁊ theſauros. medici circa corporis medicinam. vxor filij ⁊ amici ꝯtra conſcientiam. conſolantur infirmū mentientes. ⁊ ſic miſer non permittitur ꝺ peccatis ſuis cogitare. nec anime ſue ſtatum ſalubriter ordinare. ⁊ ſic iuſto dei iudicio ſe damnationi exponit. Vnde eccleſiaſtici. ij. Si penitentiam egerimus incidemus in manus dei. ⁊ non in manus hominū. In manus hominū incidimus. ſi ſacramentū penitētie debito modo ſuſcipimus. Sed in manus dei incidimus. qn̄ poſt mortē tempus ſacramentoꝝ tranſimus.

¶ De impedimentis penitentie. ij. ca.

Secundo dicebā ꝙ quatuor ſunt penitētie impedimenta videlicet pudor ꝓpalandi. timor recidiuandi. ardor delectandi. torpor p̄ſtolandi. ¶ Primo ergo volenti efficaciter penitere obijcit pudor quo homo ꝯfundit̄ alteri hoīm reuelare illud qꝺ ſolū notū eſt deo ⁊ angelo ⁊ demonibus. ⁊ forte multis ſanctis animabus ⁊ peccāti. Et iſte pudor ē primus armiger. quē diabolus mittit cōtra volentē ſalubriter penitere. Vn̄ quidā ſanctus vidit diabolū inter penitētes incedere ⁊ facientē eos erubeſcere in eccleſia. dū pararent ſe ad confeſſionē. Qui adiuratus a quodā ſancto ⁊ interrogatus. quid inter eos penitentes faceret. Reſpondit. Reddo qꝺ abſtuli. verecundiam eis abſtuli quando peccauerunt. et modo eam ipſis reſtituo ne poſſint confiteri. Sicut enim lupus ouem per guttur accipit non per pedem et vulpes gallinaȝ. ita diabolus guttur peccatoris conſtringit pudore. Vnde beatus auguſ. in pſal. O homo quid times confiteri Illud qꝺ per confeſſionem ſcio. minus ſcio. q̄ȝ illud qꝺ neſcio. Cur cōfiteri erubeſcis pctā tua peccator ſicut tu homo ſum. humanū apud me. nihil alienum confitetur homo homini. hō peccator homini peccatori. elige qꝺ vis. Si non ꝯfeſſus lates. incōfeſſus dānaberis. ad hoc deus exigit confeſſionē vt liberet hominē. ad hoc dānat non ꝯfitentē vt puniat ſuperbū. ¶ Secundū penitētie impedimētū eſt timor recidiuandi. ⁊ iſte ē ſecundus armiger quem diabolus mittit ſtatim cōtra penite-

re volentem. Quomodo inquit ꝓponis tu ſemper de cetero a pec
catis abſtinere. poteris imperpetuū viuere cōtinenter. Ad quid ꝓ
derit tibi hodie confiteri ⁊ poſt cras labi in conſimile. Et non ad
uertit homo fatuus ꝙ ideo ſtatuitur ſacramentū penitētie ad ma
num vt quotiens recidiuamus totiens reſurgamus. ¶ Terciuꝫ pe
nitentie impedimentū eſt ardoꝛ delectādi. ⁊ eſt tercius armiger ob
uiatus penitenti. Recolit enim homo miſer delectationem p̄habi
tam in peccatis. ⁊ videtur ſibi ꝙ ſine ea non poſſit ducere vitā ſuā
⁊ manente tali inordinata affectione impoſſibile eſt vtiliter peni
tere. Criſoſt. in li. de cōpunctione cordis. Sicut impoſſibile eſt vt
ignis inflāmetur in aqua. ita impoſſibile eſt compunctionē coꝛdis
vigere in delicijs. Contraria enim ſibijpſis ſunt ad inuicem ⁊ per
emptoria. Jlla enim eſt mater fletus. illa mater riſus. illa coꝛ con
ſtringit. iſta diſſoluit. ¶ Quartum ⁊ fortiſſimū impedimentū peni
tentie eſt toꝛpoꝛ preſtolādi qui oritur ex duplici p̄ſumptione. vide
licet ex p̄ſumptione vite ꝓlire. ⁊ finalis venie diuinitus concedēde.
Et iſte quartus armiger vt cōmuniter omnes impedit confidunt
de futuro ꝓmittunt in poſterū. ꝓcraſtinant in longinquū. et dicūt
cum coruo cras cras cras donec morte ſubita periclitentur. ¶ Que
ritur vtrum penitentia ſit de neceſſitate ſalutis. Et arguiṫ ꝙ non
per gloſam que habetur ſuper illo pſal. Qui ſemināt in lacrimis.
in exultatione metent. que dicit ſic. Noli eſſe triſtis ſi aſſit tibi bo
na voluntas vnde metitur pax. ſed triſticia eſt de ratione penitētie
Juxta dictū apoſtoli ſcd̾e ad coꝛ. vij. que ſcd̾m deū ē triſticia peni
tentiam in ſalutem ſtabilem operatur. ergo bona voluntas ſine pe
nitentia ſufficit ad ſalutē. ¶ Secūdo arguiṫ ꝑ illud qđ ſcribit ꝓuer
bioꝝ. xij. Vniuerſa delicta operit caritas. Et infra. xv. Per miſeri
coꝛdiam ⁊ fidem purgantur peccata. ergo habendo fidem caritatē
⁊ miſericoꝛdiā pōt vnuſquiſqꝫ ſalutem cōſequi etiam ſine penitētie
ſacramento. ¶ Jn oppoſitū arguiṫ per illud qđ dn̄s dicit luce. xiij
Si penitentiā non egeritis omnes ſimul peribitis. ¶ Pro reſpōſio
ne dico ꝙ aliquid ē neceſſariū dupliciter. vno modo abſolute. alio
modo ex ſuppoſitione. Abſolute quidē neceſſariū eſt illud. ſine quo

nullus ſalutē ꝯſequi pōt. ſicut gratia chriſti et ſacramētū baptiſmi per qḋ aliquis in xp̄o renaſcitur. Ex ſuppoſitione autē neceſſariuꝫ eſt ſacramentū penitentie. qḋ quidē neceſſariū non ē omnibus ſed peccato ſubiacētibus. Dicit eni ſcḋo paralip. vlti. Et tu dn̄e iuſto rū nō poſuiſti penitētiā iuſtis abrahā yſaac ꝛ iacob. his qui tibi nō peccauerūt. Peccatū aūt cū ꝯſummatū fuerit generat mortē. vt di cit iacobi. j. Et ideo neceſſariū ē ad ſalutē pctōris ꝙ peccatū remo ueat ab eo eo qḋ quidem fieri nō pōt ſine penitētie ſacramētū. in q̊ opat virtus paſſionis xp̄i p abſolutionē ſacerdotis ſil' cū ope peni tentis. qui coopat gratie ad deſtructionē pcti. Sicut enī dicit btūs auguſ. ſuper iohānē. Qui creauit te ſine te. nō iuſtificabit te ſine te Vn̄ patꝫ ꝙ ſacramētū pnīe eſt neceſſariū ad ſalutē poſt peccatū. ſi cut medicatio corpalis poſtq̄ꝫ hō in morbū periculoſum inciderit.

¶ Ad primā rationē in ꝯtrariū dicēdū. Qḋ gloſa illa videt̄ eſſe in telligēda ḋ eo cui adeſt bona volūtas ſine interpolatiōe que fit p peccatū. tales aūt nō hn̄t triſticie cauſaꝫ. ſꝫ erḡ bona volūtas tollit̄ p pctm̄ nō pōt reſtitui ſine triſticia. qua q̄s dolet de pctō p̄terito ꝛ ptinet ad pniam. ¶ Ad ſecūdā dicendū ꝙ ex quo aliq̄s pctm̄ incur rit caritas ꝛ fides ꝛ miſericordia nō liberāt hoiem a pctō ſine pnīa. Requirit enī caritas ꝙ hō doleat de offenſa in amicū cōmiſſa. ꝛ ꝙ amico recōciliari ſtudeat. Req̄rit etiā ipſa fides vt p v̄tutē paſſio nis chriſti que in ſacramētis eccleſie operatur. querat iuſtificari a peccatis. Requirit̄ etiaꝫ ip̄a miſericordia ordinata ꝙ homo ſubue niat penitēdo ſue miſerie quā p peccatū incurrit. Iuxta illud hiere mie. xiiij. Miſeros facit populos peccatū. Vn̄ et eccleſiaſtici. iij. di cit. Miſerere anime tue placēs deo.

¶ De documentis penitentie. iij. ca.

Circa terciū principale ſciēdū ꝙ quatuor ſunt documēta pnīe vtilit̄ pagēde. vicꝫ ſollicitudo p̄cogitatiōis. plenitu do ꝯfeſſiōis. amaritudo cōpūctionis. fortitudo ſatiſfacti onis. ¶ Primo igit̄ ad hoc ꝙ pentenția de pctis vtilit̄ inchoetur. neceſſaria eſt ſollicitudo precogitationis. Quis enim p̄poſitus vł baliuus eſt qui bona alicuius dn̄i per menſem expendiſſet. id eſt ex

penſas de bonis domini. domino ꝛ toti hoſpitio ꝑ menſem feciſſet
te preſumeret compunctum facere ſine premeditatione ſollicita.
Peccator autē multa bona a deo recepit diſpenſanda videlicet bo
na gratie. bona nature bona fortune. et omnia iſta male cōſumpſit
pro maiori parte. quomodo legitur ſubito ꝛ ex improuiſo ad confeſ
ſionis computum ſe audebit ingerere. Nam ſicut medicina purga
tiua corporis preſupponit preparatiuam. ſic etiam medicina ſpiri
tualis que purgat animam a peccato ꝛ ſanat. que eſt cordis contri
tio ꝛ oris confeſſio. requirit aliquam medicinā preparatiuā primā
videlicet attritionem ꝛ recogitationem peccatoꝝ cōmiſſoꝝ Juxta
qđ ſcribitur primi regū. ij. Deus ſcientiarum dominus eſt ꝛ ipi pre
parantur cogitationes Et prime ad corinthios. v. dicit apoſtolus
Expurgate vetus fermentū Et ideo dixit ſignanter ezechias yſaie
xxxviij. Quid dicam aut quid reſpondebo tibi cum ipſe fecerim.
videlicet tot errores cogitando. loquendo. operando ꝛ obmittēdo.
Et reſpondet. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudi
ne anime mee. Sed huius contrarium cōmuniter fit. Preſumunt
enim nonnulli in dimidia hora per confeſſionem ſatiſfacere đ cul
pa. ꝓ qua vix ſufficeret ſeptimana ſi eſſet bene examinata. nō inter
rogāt nō examināt ſemetipſos ꝑ manibus. et ideo non pn̄t integre
penitere Juxta qđ ſcribitur hieremie. viij. Nullus eſt qui agat pe
nitentiam ſuper peccato ſuo dicens. Quid feci. Cuius oppoſitum
fecit pſal. Dixi inquit confitebor aduerſum me iniuſticiam meam
domino. Ubi dicit gloſa. Dixi id eſt prius deliberaui apud me hoc
ſcꝫ qđ ego confitebor aduerſum me iniuſticiā meā dn̄o. Multi eniꝫ
ꝯfitent̄ iniquitatē ſuā ſed aduerſus deum ꝛ nō aduerſus ſeipſos. qn̄
enī inueniunt̄ in pctis ſtatim dicūt ego nō feci hoc. aut dicunt hoc
nō ē peccatū ſꝫ deus voluit. Alij dicūt fatū mihi fecit. ſtelle mihi fe
cerunt. ꝛ ideo ꝑ circuitū nitunt̄ venire ad accuſandū deum. ſtellas
enim ipſe fecit ꝛ ordinauit. ꝛ ita ꝑ eas volentes oſtēdere ꝙ deus fe
cit vt peccarent. Sed vere penitens ait. Ego peccaui non fatum
non fortuna. non diabolus me coegit. ſed ego perſuadenti conſenſi
hec gloſa. Veri ergo penitentes ꝓcogitant ꝛ deliberāt. quomodo

poſſint ſemetipſos accuſare. Sed falſe penitentes deliberant quo modo poſſint deum accuſare ꝛ excuſare ſeipſos. ¶ Secundo debet habere penitentia amaritudinez cõpunctionis exemplo beati iob dicẽtis. Loquar in amaritudine anime mee. dicã deo noli me condemnare. Mulier bene concipit fetum ſuũ ſine dolore naturaliter ſed nunq̃z fuit melior que peperit ſine dolore. niſi vna ſola ſcz beata virgo maria miraculoſe. Anima qñ peccat concipit fetũ a diabolo ꝛ hoc ſine dolore. imo cũ delectatione peccatũ ꝯcipit. parit autẽ quando confitetur et ꝓdit in lucem confeſſori ſuo. ꝛ non põt eſſe ſine dolore ꝯtritionis ꝛ penitẽtie. In cuius figura dicit̃ iohãnis. xvj. Mulier cum parit triſticiam habet ꝛc. Sed ſicut mulier cuz parturit dolet amariſſime. cum autem pepererit gaudet ꝛ ſe ſentit alleuiatam. Iſta perſona grauida peccato quando ꝓponit cõfiteri ante confeſſionem ꝛ tempe confeſſionis triſtis eſt ꝛ amara. ſed confeſſione finita videt̃ eſſe quaſi liberata et letificata. Vnde omnis homo poſt confeſſionem ſentit ſe alleuiatum a põdere peccati p̃tiſtente Vnde dicebat illa ſancta vidua iudith. viij. Quia patiẽs eſt dñs peniteamus. et eius indulgentiam fuſis lacrimis poſtulemus. Et ſicut nulla mulier quãtũcunq; nobilis ꝛ delicata ſit poteſt euadere quin indigeat aliqua obſtetrice ꝛ quin ſe oſtendat alicui obſtetrici velit nolit. ita nulla perſona eſt ingrauidata peccato quin aliquo homine indigeat ꝓ confeſſore. Iuxta illud iacobi. j. Confitemini alterutrum peccata veſtra ꝛ orate ꝓ inuicem vt ſaluemini. Et qui iſtum dolorem vel amaritudinem nũc recuſant. multo maiorem experientur dolorẽ quando ſuũ peccatũ corã toto mũdo oſtendent facientes penitẽtiã ſ; nõ fructuoſam. q2 ſcd̃m qd̃ ſcribit̃ Sapiẽtie. v. Dicent intra ſe penitẽtiã agentes ꝛ p̃ anguſtia ſpũs gementes. Hi ſunt quos aliqñ habuimus in deriſum. ¶ Tercio deb; pnia habere plenitudinẽ ꝯfeſſionis vt non ſit cõpilata nec abbreuiata nec colorata nec excuſata. nec depicta nec diminuta ſ; plena debet eſſe ſufficiens ꝛ totalis. Sudor vniuerſalis in infirmo ſignum eſt ſanitatis Sed quando vnũ membꝝ ſudat ꝛ aliud manet ſiccum ſignũ eſt infirmitatis ꝛ non ꝯualeſcentie. Et eodẽ modo confeſſio ſi eſt plena

ſignificat ſanitatē. ſi diminuta ſignum eſt infirmitatis. ſicut aliqui confitentur de gula ꝛ de ira ꝛ de quibuſdam aliꝭs. de luxuria vero ꝛ de rapina nihil. Vnde ꝫ quolibet tali confeſſionem diminutam et truncatā ꝛ non plenam ꝛ integrā facienti dici pōt illud Apocalip. iij. Non inuenio opera tua plena coram deo meo. In mēte igitur habe qualiter acceperis ꝛ audieris ꝛ ſerua ꝛ penitētiā age. Vincentius in ſpeculo naturali narrat de quodam piſce marino qui centipes dicitur a multitudine pedū. Iſte piſcis dum hamū piſcatoris ſenſerit ſuis viſceribus inherere timore mortis imminētis viſcera ſua quadam induſtria naturali effundit ꝛ hamū euoluit. et iterum viſcera ſua reſtituit ꝛ ſic mortem euadit. Moraliter hamus diaboli eſt peccatum infra delectationem. ſicut hamus infra eſcam ſubtiliter inuolutum. Homo hamo capitur. quando ꝑpter delectationeꝫ peccatum complectit̄. Iuxta illud eccleſiaſtici. ix. Sicut piſces capiuntur hamo. ꝛ aues compꝛhenduntur laqueo. ſic appꝛhendunt̄ homines in tempore malo. Hamus iſte viſcera torquet. quādo peccatum conſcientiam remordet. Igitur ſummū remedium tunc eſt hamū cum viſceribus. id eſt peccatum cum ſuis circūſtantiꝭs per confeſſionem effundere coram deo. Iuxta doctrinaꝫ pſal̄. Effundite coram illo corda veſtra. ꝛ poſtea cor lotum ꝛ ablutū per penitentie ſacramentū reſumamus. ꝛ ſic recuperabimus ſalutem. Iuxta illud pꝛime iohānis. j. Corde creditur ad iuſticiam. ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Vnde apoſtolus ſcḋe ad corinth. vij. Que enī ſcḋm deum triſticia eſt penitētiā in ſalutem ſtabilem operatur. ¶ Quarto penitentia debet habere fortitudinem ſatiſfactionis vt homo ſe non fingat debilem vel infirmū ad ſatiſfaciendum ꝓ peccatis ſuis ſed potius fortem ꝛ ſanū. Narrat ambroſius in exameron de opere ſexte diei. Qꝺ elephas eſt tāte fortitudinis ꝙ ſufficit turrim ligneam cum multis armatis portare tante audacie ꝙ nullo clipeorū retardatur obiecto. nec aliqua militum conſtipatione terretur. mirabiliter tamen timet murē. Moraliter loquendo ſic de aliquibus et multis qui ad opera mundi ꝓ lucro vel gloria temporali inueniuntur fortiſſimi ieiunāt vigilant tranſeunt maria. fatigantur et fuſti

gantur.ſed ad faciendam vnam modicam penitentiã pro peccatis
ſuis timent. Juxta illud qđ ſcribitur in pſal. Trepidauerunt timo
re vbi non erat timor. Huius oppoſitũ ſuadet beatus iohãnes bap
tiſta. Luce.iij.dicẽs. Facite ergo fructus dignos penitẽtie. Exem
plo beate marie magdalene de qua beatus grego.in quadã omelia
ſic dicit. Quot habuit in ſe maria oblectamẽta tot de ſe inuenit ho
locauſta. Cõuertit ad numerũ virtutũ.numerũ criminũ.vt totum
ſeruiret deo in pnia quicquid ex ſe ꝯtempſerat deũ in culpa.

¶ De emolimentis penitentie.iiij.ca.

Circa quartũ principale notãdũ eſt.q᷑ quatuor ſunt peni
tentie emolimẽta. Nam ꝑ penitẽtiã xp̄m nobis recõcilia
mus.angelos letificamus aĩas noſtras.imo noſmetipõs
reformam⁹ ꝛ demones ꝯfutamus. ¶ Dico ergo primo q᷑ ꝑ peniten
tiam xp̄m nobis recõciliam⁹. Vñ hieremie.xviij. Si pniam egerit
gens illa a malo ſuo.qđ locutus ſum aduerſus eã. agã ꝛ ago pniam
ſuꝑ malo qđ cogitaui vt facerẽ ei Ecce mirabilis modus recõcilia
tionis tanti dñi.qui vult quaſi ad paria iudicari cuꝫ homine ſeruo
ſuo. Vñ ad modum hominis loquit̃ de ſeipſo dicẽs. Si homo vult
penitere de pctõ ſuo.ipſe etiã vult penitere đ malo qđ cogitauit vt
faceret ei.id eſt vult ad modũ penitẽtis ſe habere. Sicꝫ nobiles im
peratores pulchꝛ vindicte genus reputauerũt ignoſcere.et noxijs
penitẽtib⁹ cõcedere veniã poſt reatũ ſicut dicit petrus de vineis in
quadã epiſtola. ¶ Scđo angelos letificam⁹. Juxta illud luce.xiiij.
Gaudiũ erit corã angelis dei ſuper vno peccatore penitẽtiã agẽte
Legimus tercij regũ.vj. Qđ ſalomon fecit angelos fieri in ꝓpicia
torio templi.de quibus quatuor ibi legimus. Fuerunt enĩ ille yma
gines de lignis oliuarum.ſecundo habuerunt alas extenſas. tercio
habebãt pedes obliquos et eleuatos ꝛ ad ambulãdũ paratos. quar
to peruerſis vultibus mutuo ſe reſpiciebant. ¶ Primo ergo fuerũt
iſti noui angeli ſalomonis đ oliuaꝝ ſiluaꝝ. Antiquit⁹ enĩ fuerũt fer
rei ꝓpt incõpaſſionẽ ꝛ duriciã.q2 hoĩb⁹ nõ cõpatiebãt.nũc aũt ſũt
đ lignis oliuaꝝ.q2 nobis miſicordes ꝛ pij facti ſt. Primi hẽbãt alas

dimiſſas. quia inuite ⁊ cuꝫ difficultate ad homines veniebant. ſed quia modo cito ad nos veniunt ideo alas expanſas habnet. Olim laudabunt deum ſoli. ſed modo in laudando hominibus ſe ſociant Olim naturā noſtram quaſi infirmam deſpiciebant. modo viden tes eam in chriſto exaltatam in ſtuporem ⁊ admirationem conuer tuntur. Unde ſe mutuo reſpicere dicuntur quia ꝺ innouatione na ture noſtre ſpecialiter admirant̄. Et nota ꝙ dixit penitentiā agen te. ⁊ non dixit penitentiā cogitante. que eſt penitentia ꝓcraſtinan tium. nec dicit penitentiam docēte ⁊ non faciente. que eſt peniten tia verboſoꝝ predicatoꝝ. nec dicit penitentiam oſtendente que eſt penitentia hypocritarū ⁊ ſimulatoꝝ. ſed penitentiam agente que ē penitentia deuotoꝝ. Gaudent ergo angeli de penitētia peccatoris Primo quia vident ſue cuſtodie cōmiſſum tam glorioſum fructum conſecutum. ſicut medicus gaudet quando videt ſue cure cōmiſſuꝫ reparatum ⁊ conſuete valitudini reſtitutum. Secundo quia vidēt ex peccatoribus conuerſis ſuū adimpleri numeruꝫ. Tercio quia vi dent ad laudandum deum ſe tale habere cōſortium. Igitur per no ſtram penitentiam angelos letificamus. ¶ Tercio noſmetipſos ꝑ penitentiā reformamus. Sicut enim docet boecius quarto de con ſola. Homo ſcꝺm varia vicia quibus indulget. in naturam beſtiaꝝ tranſformatur. ſicut inquietus in lingua comparatur cani. inſidia tor callidus vulpi. accidioſus aſino. luxurioſus hirco. ⁊ ſic de alijs. Ratio huiuſmodi eſt quia anima hoīs eſt ſicut cera mollis. Cera enim calefacta ⁊ mollificata recipit effigiem illius rei cui applicat̄ Unde ſi applicetur ſigillo cui impreſſa eſt figura leonis. induet ce ra effigiem leonis. ſi applicetur ſigillo cui inſculpta eſt forma lupi vel vulpis cera conſimilē induet figurā. Iſto modo. anima rerum quibus ſe ꝑ amorē applicat effigiē induit. ⁊ in illas ſe tranſformat Unꝺ dicit venerabilis hugo in li. de arra anīe. ꝙ ea vis ē amoris vt talē ſe eſſe neceſſe ſit quale eſt id qꝺ amas. et qꝺ tibi per affectum cōiungis. neceſſe eſt vt in ipſius ſimilitudinem dilectionis ſocieta te traſformeris. Figurā de hoc habem⁹ danielis. iiij. Ubꝺ nabucho donoſoꝛ ꝑpter culpam ſuam ab hominibus ē eiectus ⁊ fenū vt bos

comedit.ſed poſtea recuꝑauit penitens qđ amiſerat.¶ Sed notan dū ꝗ penitētia hoīs reformatiua tres habere debꝫ ꝯditiones.vide licet integritatē taciturnitatē diuturnitatē. Que quidē ꝯditiones ꝑ tres litteras huius dictiōis homo deſignāt. H vero non littera.ꝟ aſpirationis nota ſcđm priſtianū. Per primū enim o.ſignatur in tegritas penitētie. Integrū enī eſt qđ plenū eſt ⁊ circulare.et circu laris figura ꝑfectiſſima⁊ pleniſſima eſt.⁊ circulus inter figuras ſuꝑ ficiales. Perfectiſſima figura ē quia nō ē poſſibile ꝗ aliquid adda tur in linea circulari oīno ſcđm ariſtotilē primo celi. Penitētia igi tur debet eſſe ꝑfecta ⁊ integra.vt videlicꝫ oīs pars corꝑis per quaꝫ homo peccauit puniat̄. Sic etiam ſicut quilibet peccauit videlicꝫ lingua ꝓ multiloquio puniat̄ orationibus. pedes ꝑegrinationibꝰ. vēter ieiunijs. Per ſecundā litterā ſcꝫ m.deſignatur taciturnitas. que ad penitentiā requiritur.ne fiat pompa vł oſtētatione. Et be ne m ſignat taciturnitatē.quia illa ſola int̄ alias litteras pōt ꝓfer ri labijs clauſis ⁊ labijs ſuauiter imprimit̄. Tercia littera eſt o.et ſi gnat diuturnitatē ſiue finalē ꝑſeuerantiā.qꝛ in alphabeto greco ē o littera finalis. Penitētia aūt ſi ꝑfecta ē vſqꝫ ad finē eſſe debet. ⁊ ta lis hominē reformat de beſtiali natura ad humanā. non tamē ſine aſpirationis nota.quia niſi ſpūs ſancti gratia ꝑ ſuā benignitatem hoīeꝫ moueat.ſalubrē penitentiā nō attēptat. Iuxta dictū apoſto li ad romanos.ij. Ignoras qm̄ benignitas dei ad penitētiā te ad ducit. ¶ Quartū emolimentū penitētie eſt.ꝗ ꝑ eā demones cōfu tamus. Vehemēter enī ꝯfundunt̄ qn̄ eoꝝ ꝓdimus ꝯciliū. qn̄ eorum euadimus carcerē.quia ꝓpter hoc a ſuis principibus grauius affli gunt̄ ſicut cuſtodes carceꝝ ꝓ euaſione incarceratoꝝ puniunt̄. Val de ergo agitant̄ inuidia qn̄ vidēt nos eius prius ſimiles ꝑ peccatū iteꝝ eſſe reformatos atqꝫ reſtitutos ꝑ penitētie ſacramentū.qđ nul lo modo eis cōcedit̄. Vn̄ de hoībus ſignanter dicit̄ prime petri.iij. Nō tardat deus ꝓmiſſis.ꝟ patiēter agit ꝓpter vos nolēs aliquem perire ꝟ ad penitentiā reuerti. Penitemini ergo ⁊ ꝯuertimini vt de leantur peccata veſtra. Actuū.iij.

¶ Quintum capitulū.

QUoniam aūt de neceſſitate vere penitētie requirit̄ ſpes ve
nie. Sciēdū q̄ ſcd̄m ſanctū bernardū in ſermone. ſpes hu
mana in deū ꝑ ꝯſiderationē triplicē ſtabilit̄. Tria inquit
ꝯſidero in quib⁹ tota mea ſpes ꝯſiſtit. videlicȝ caritatē adoptionis
v̄itatē ꝑmiſſiōis. ꝑtātē redditiōis. ¶ Primo enī debet hoīes moue
re ad ſpei ꝯfidētiā. q̄ deus eos adoptauit in filios. ⁊ patrē eoꝝ ꝯſti
tuit ſemetipm̄. Vn̄ btūs bernardus ſup̲ oratione dn̄icam. Mihi in
quit dicat̄ oratio. cuius principiū dulce noīe patrono ſequētiū peti
tionū obtinēdaꝝ ꝓſtat fiduciā. Et gloſa mathei. vj. ſup̲ hoc verbo
pater. In hoc dat̄ fiducia quid negabit filijs. qui iā dedit q̄ pater
eſt. Exemplū de filio ꝓdigo Luce. xv. Ubi criminoſus filius ad pa
trem rediens. tum amplexibus et oſculis cōuiuijs et melodijs a pa
tre recipitur. Unde ad romanos. j. Stamus ⁊ gloriamur in ſpe glo
rie filioꝝ dei. ¶ Secundo debet homines mouere ad ſpei confiden
tiam. veritas ꝑmiſſionis. Deus enim eſt qui mentiri nō poteſt qui
nobis veniā pollicetur. et gloriā per totā ſcripturā ſacram quā ha
bemus a deo ſicut quoddā obligatoriū maxime ſecuritatis. Vn̄ ſcri
bit apoſtolus ad romanos. xv. Per patientiā et ꝯſolationē ſcriptu
rarū ſpem habeamus. Et in pſal̄. Memor eſto verbi tui ſeruo tuo
in quo ſpem dediſti. ¶ Tercio creat in nobis ſpem. ꝑtās redditio-
nis. nō enī impotēs eſt. ſed om̄ipotens ad cōplendū ꝑmiſſa. ⁊ ideo
ꝯfundi nō poſſumus. Iuxta illud eccleſiaſtici. ij. Reſpicite filij na
tiones hominū. q2 nullus ſperauit in dn̄o ⁊ ꝯfuſus ē. permanſit in
mādatis eius ⁊ derelictus eſt. Vn̄ dicit apoſtolus ad romanos. iij.
Spes v̄o nō ꝯfundit. Et in pſal̄. In te dn̄e ſperaui nō ꝯfundar in
eternū. ¶ Debet igit̄ ſpes noſtra eſſe ſicut anchora firmitatis ne a
fluctibus moueamur. ſicut mola veritatis ne indebite conteramur
et ſicut galea ſecuritatis ne ab hoſte ledamur. ¶ De primo ſcribit̄
ad hebreos. vj. Cōfugimus ad tenendā ꝓpoſitā ſpem. quā ſicut an
choram habemus anīe tutā ⁊ firmā. ¶ De ſcd̄o dicit gloſa ſuper il
lud deuteronomij. xxiiij. Nō accipies loco pignoris inferiorē et ſu
periorē molā. Supior ⁊ inferior mola ſunt ſpes et timor. Spes ad
alta ſubuehit. timor ad inferius ꝓmit. Una mola ſine altera inut̄

liter habetur. In peccatore igitur ſemꝑ debēt ſpes ⁊ formido ꝯiun
gi. ⁊ incaſſum miſericordiā ſperat ſi iuſticiā nō timeat. et incaſſum
metuit qui nō ꝯfidit. Signo igiť pignoris. mola inferior aut ſuꝑior
nō tollať. q: qui p̄dicat pctōri. tāta diſpēſatiōe diſponere p̄dicatio
nē debet. ne relicta ſpe. timorē ſubtrahat vł ſubtracta ſpe timorem
relinquat. Eſt igiť ſpes ſicut mola ſuꝑior que cor eleuat ⁊ ſuſtinet
ī ꝯtritione debita ꝓ pctīs. ⁊ timor iuſticie. mola inferior que ꝯterit
⁊ cōprimit ne cor exalteť nimis. Iuxta illud pſal'. Ab altitudine di
ei timebo. ¶ Tercio ſpes noſtra eſt ſicut galea ſecuritatis ne ab ho
ſte ledamur. Hō enī priuatus eſt galea ꝑ deſꝑatione ōi vulnere ten
tationis occidiť eo ꝙ caput hꝫ inerme. Iuxta illud hieremie. xviij.
Deſperauimus poſt cogitationes noſtras ibimus ⁊ vnuſquiſqꝫ pra
uitatem cordis ſui mali faciemus. Non autem nō ſic faciamus. ſed
vadamꝰ ad iſtā galeā ꝯtinue induamꝰ. Iuxta illud apł'i ad theſſa.
v. Nos aūt qui diei ſumꝰ ſobrij ſimꝰ. induti loricā fidei ⁊ caritatis
⁊ galeā ſpem ſalutis. ¶ Itē notādū ꝙ deus ſic in natura ꝓuidit cō
muniter ꝙ ⁊ clemētia ⁊ potētia. fortitudo ⁊ māſuetudo naturaliter
ꝯiungūť. ⁊ vbi plus ē fortitudinis. ⁊ ibi plus etiā māſuetudinis et
⁊ clemētie repiť. Exēplū de leone qui ē fortiſſimus beſtiaꝝ. ⁊ tn̄ cle
mētiſſimus. Vn̄ ſolinus ꝺ mirabilibꝰ mūdi leonū clemētie indicia
multa ſunt. Parcūt ꝓſtratis. in viros potius q̄ꝫ in femīas deſeuiūt
infantes nō niſi magna fame perimūt. nec a miſericordia ſeparāť.
Hec ſolinus. Vn̄ metrice diciť. Parcere ꝓſtratis ſcit nobilis ira leo
nis. Et ꝑ oppoſitū. Deus crudelia anīalia ꝑtāte priuauit. Vn̄ inť
canes minimi canes ſunt maxime colerici. ⁊ quo minus poſſunt vi
ribus eo magis abundāt latratibus. Chriſtus aūt more leonis qui
buſcūqꝫ ſe ꝓſternētibus per penitentiā clementē ſe exhibet. In vi
ros potius q̄ꝫ in femīas hoc eſt in peccantem ex malicia potius q̄ꝫ
in peccātes ex paſſione ſe vindicat. ⁊ infantes id eſt innocentes nō
niſi magna fame. id eſt magno amore ſalutis eorum in preſenti fla
gellat. Iuxta illud Apocalipſis. iij. Ego quos amo arguo et ca
ſtigo.

¶ Capitulum ſextum.

